VIdeamus quid hujus epistolę regimẽ, senum regimini à sapientibus tradito, in evitandis senectutis accidentibus addit, & quantum ho[..]ines juvat, dũ cibaria & euchymia, quæ senibus, & ætate provectiori[..]s prosint, recenset: quod quidem aliorum regimina plene non præ[..]ant. Hæc proinde epistola ostendit quibus cibis naturalis humiditas [..]stauretur, deinde qui syncerior effici possit, cum sit restauratus: tertio [..]ua ratione senectutis accidẽtia quæ festinant, cõmode impediantur. [..]em edocet quomodo humor peregrinus, & non naturalis, horum ma[..]rum fons & causa, purgetur & absumatur. Item viam aperit, qua ho[..]inum sensus, rerum viribus recreati reparentur, calor naturalis labe[..]actatus, & concussus externis quibusdam causis, restituatur, albicantes [..]api[..]li defluant, innascantur novi. 6. Medicamina ostendit, quibus ani[..]alis virtus, veluti moriens & lassa excitetur, motus deficiens reno[..]etur, cutis deformata rugis, alijsque modis, venusta reddatur. 7. de[..]onstrat quomodo tria instrumenta sensuum in quolibet homine o[..]perantur, & reguntur, ne horum causa aliquod vitium in animam ca[..]at, & si incideret, quomodo removeatur, multaq; alia edocet, quæ su[..]s capitibus innotuerunt. Quæ verò a nobis in hac epistola traduntur, ab [..]js quæ veteres tradiderunt, plurimum dissentiunt: primò, quia antiquo[..]um vitæ degendæ regimen, corpora defendit, ne ad finem præter na[..]turæ cursum accelerent: nostrum verò regimen aperit, qua ratione se[..]nes, & provectioris ætatis homines ab accidentibus senectutis, quæ non solum senibus, sed juvenibus etiam solent accidere, facilè liberen[..]tur, aut munirentur. Deinde illorum regimen ostendit, quo pacto cor[..]pora sana, ne malè afficiantur, custodiri possint: nostrum verò docet auferre ea accidentia, quæ ante tempus eveniunt, eaq; retardare, quæ suo tempore opportuno solent contingere. Tertiò, illorum regimen est veluti principium: Nostrum, vt finis. Nam ea quæ illi edocuerunt, sunt veluti media ad ea cognoscenda & vtenda, quæ hic exprimuntur. Ideò nunc disseramus de regimine senum, & seniorum, vt videamus quid à nobis sit additum priscorum laboribus & studijs. Sũma regimi-nis vniversalis hæc est, vt dicit Avicenna, nimirum, vt eo, quod cale-faciat & humectet, simul & nutrientibus, cito digerentibus, & bal-neis, & somno prolixo, & mora diuturna in lecto, & provocatione vrinæ, & expulsione phlegmatis e stomacho & intestinis, vtantur: Lib. 1

vt naturæ lenitas duret,hominibus decrepitæ ætatis aut senescentibus multum prodest confricatio cum oleo quantitate,& qualitate temperato: cæterùm equitent aut incedant moderatè, vt horum vires patiuntur,aromata benè redolentia assiduè olfacere debent: præsertim temperatè calida. Post somnum se inungant oleo,vt dictum est,cap. de ijs quæ corpora corroborant. Iis autem sex generibus debent vti secundum æquabilem & temperatam medicorum rationem, sicut dicit Aristoteles,oportere medicum in senum regimine sex causarum genera considerare, quæ corpus solent necessariò immutare. Præcipuè verò potum & cibum,& evacuationem superflui, aliorumque quatuor humorum; secundario alia causarum genera perpendet. Et hoc est quod in illo libro edito ad preces Alexandri summi regis Aristoteles dicit:& differentia inter regimen senum,et seniorum, quam Rasy ponit, hæc est, quod nimirum corpora senum sunt considerãda cum evacuantibus magis medicinis, quorum corpora ne ad malum deveniant, conservanda sunt,et suum imminuent laborem, & solicitudinem, vt vires eorum corporum diu perdurent. Vtque ij qui in senio sunt positi,devitẽt labores & solicitudinem & mutationem, nisi magna vrgente necessitate,alimentis suavem saporem habentibus,& facilè digerendis sunt nutriendi,sæpè quoque balneis vti debent, multumque edormire, rebus quoque odoriferis caput & faciem afficere, & suffumigationibus vti convenit: ea quoque exerceant, quæ plena sunt oblectamento & lætitia: Vinum temperatum & subtile, & clarum ebibant,& quod aquę mediocrem habet commixtionẽ. Quomodo autem horum quodlibet fieri debet, & in actum deduci,postea apparebit. Haly regalis dicit, quod senes vti debeant aere simili humori veris,quia natura eorum est frigida,& sicca,vnde oportet,vt calefaciendi & humectandi consuetudine vtantur, et in locis vivere calidioribus,frigida & humida vitare,quia senectutem accelerant: sicut supra dixi, vbi de cibis, qui senectutis accidentia afferunt, disserui. Cibaria senum debent esse euchymia,calida,& humida,vt citò & facilè digerantur, & a stomacho descendant,vt panis benè compositus & bene fermentatus, & carnis pullorum,hædorum,vitulorum lactantium,tenellorum anserum, agnorum, perdicum,phasianorum,parvarum avium,præter passeres. Devitent omnes cibos crassiores,digestioni difficilime obtemperantes,vt est caro bovina,caprina,& hujusmodi. Nam si hisce cibarijs assuescant, in ijs hydropismi, in hepate oppilationes,similiterq; obstructiones in splene,& lapilli in renibus & vesica generabũtur. Et si contingat hæc aliquando comedere, sumatur postea aliquod pharmacum, vt Diacinimum, bene conditum,& his similia,quæ digestionem juvant. Item oportet eos cavere eas aves, quæ insalubres cibos & chymos malos præbent: quæ sunt pungentia,& generãtia choleram. Illa etiam sunt fugienda,vt sinapis,allium & cepe, & omnia quæ generant phlegma,vt fungi,& omnia quę generant melãcholiam, vt lenticula,& caseus,et caules: & quæ facile in stomacho corrumpũtur,vt mora,melones,cucurbitę: sumãt vero de fructibus,ficus,racemos,& vuas passas cũ nucibus,& amygdalis. Medici omnes cibos & res quæ hæc senectutis accidentia afferũt, non nominarunt. Cæterùm oportet senes bis indies refici,debiliores vero paulatim: calor enim naturalis iam debilis,magnum ciborum cumulum & inglu-

[illegible]iviem nimis avidam non patitur. Sit eorum prandium tertia [illegible] diei, & sint eorum cibaria euchymia, & bonum succum pro[illegible]ntia, vt omnes consentiunt medici. Avicenna asserit oportere [illegible]s, ficus siccas, melle & aqua coctas commedere, & Gale[illegible]dicit, quod ficus sint siccæ, malorum humorum veluti fontes: [illegible]l verum est de ficubus simpliciter; sed si sint medicè præparatæ, [illegible]m est. Ad balnea quod attinet, senes sunt balneandi aqua dulci, té[illegible]ati caloris, vt dicit Haly regalis, can. 4. similiter dicit senes & de[illegible]pitos sæpè esse balneis abluendos: scilicet semel in hebdomeda, [illegible] in spatio decem dierum. Virtus enim eorum amplius non patitur, [illegible]de in quibusdam satis est, si in mense semel hoc fiat. Cum balneis [illegible]verint, per vnam integram horam acquiescant. Deinde cibos capi[illegible] calidos & humidos, facilè digerendos, & qui citò e stomacho ela[illegible]tur, vt est panis benè fermentatus, & compositus, pisces saxatiles, [illegible]nes hædorum, anserum pulli, caro agnina. Aristoteles lib. de secre[illegible]secretorum asserit, eos non oportere diu in aquis immorari, quia fri[illegible]itate & humiditate multùm superantur, ne corpus recipiat de humi[illegible]ate balnei. Inunctio senum debet esse matutino tempore, quando [illegible]gunt, & oleum debet esse cærasinum, camamellino, violaceo, & a[illegible]thino commixtum. Deinde moderato debent exercitio vti, ne sint a[illegible]a pororum angustiæ & obstructio: fugiant laborem & exercitium ni[illegible]s vehemens Non debent sanguinis imminutionem admittere, nisi [illegible]gno quasi capitis periculo imminente. Avicen. in sua phlebotomia os[illegible]ndit in quibus casibus & causis senes sint phlebotomandi, dicens: in [illegible]ate senili, quantum poterit, abstineat quisque a phlebotomia, nisi sit [illegible]ncissus figura & soliditate musculorum, & venarum amplitudine, & [illegible]ulorum rubedine male affectus: hoc in senibus attendendum est. [illegible]d Iohannes Damascenus alitèr putat in suis aphorismis, sic dicens: [illegible]ilibet in Iuventute quater in anno venam secet. Ter quando ætas [illegible]rit quadragenaria, quando quinquagenaria aut sexagenaria ætas [illegible]venerit, semel hoc debet fieri, vlterius penitus omittendum hoc est. [illegible]em dicit a 45. anno cephalicam venam, à 60. medianam, post 75. ba[illegible]icam non esse secandam. Item Avicen. dicit, qui in juventute dum vi[illegible]nt, sæpè phlebotomiam patiuntur post annum 70. calor eorum in fri[illegible]dum & siccum, maximè verò si fuerint naturæ frigidæ, convertitur. [illegible]m verò in nomine excelsi summiq; Dei illas medicinas, quas sapien[illegible]s occultarunt, quæque senibus & maturæ ætatis hominibus maxime [illegible]iles sunt tractare, deq; ijs diligentius et acutius disserere incipia[illegible]us. Nã quicunque his vtuntur, diu senectutis infirmitates & accidentia [illegible]ercent: harum medicinarum vsus præcipue divitibus convenit. Nam [illegible]ptus impedit, quo minus pauperes eas assequi possint. Primę autẽ me[illegible]cinæ vsus consumit humiditatem peregrinam, non naturalem, gene[illegible]tam ex mala concoctione, & indigestione, malisque cibis, vbicun[illegible]e sit in corpore, & præcipue in capitis et stomachi recessibus: humi[illegible]atem dico phlegmaticam, & melancholicam, sensus exacuit, iram cõ[illegible]scit, membra principalia permulcet, & corroborat, senũ infirmitates [illegible] tractas vires erigit. Recipe de medicina quæ in aere vegetat, drach[illegible]as quatuor, de medicina cujus minera est Indiæ planta, drachmas du[illegible]s, parum moschi, & croci, in tempore, & complexione frigidis addan-tur

Lib. 1. Doct. [illegible] Gal. de [illegible] mentis

Pisces [illegible]les dic[illegible] quia [illegible]tris c[illegible] ii gau[illegible] vt suc[illegible] perca, salub[illegible] præbe[illegible] menti[illegible] de Ga[illegible] de Al[illegible]

Vide [illegible] de ph[illegible]mia.

Vena [illegible] vena[illegible]ri, ve[illegible]dia, v[illegible]terna [illegible] Gal. [illegible]nitat[illegible] da nã [illegible] versis [illegible]ribus [illegible]sis [illegible]cari.

tur calida aromata, vt cariophylli, & ambra. Tēpore vero & complexione calida, addere licet violarum drachmas duas. Fac inde electuarium cum firupo violarum præparatum, vel redige in pulverem, & addendum est æquale prædictis omnibus saccari pondus. Hac medicina vti licet in cibis, vel post cibum, vt seni placuerit. Quilibet hoc pulvere vti possit in æstate & hyeme: calida & frigida tam complexione quam regione, cum medicina, quæ e mari projicitur, sine violis, si in forti vino ponitur, ità vt virtus ejus resolvi possit, & ea resoluta, illud ebibitur, cum cōmixtione fontanæ, & limpidissimæ aquæ. Aqua enim aufert siccitatem rerum prædictarum, & dictæ medicinæ vim ad caliditatem & humiditatem revocat, & efficit temperatam. At nonnulli ex antiquis, in hujus medicinæ compositione non conveniunt. Nam quidam ponunt medicinam, cujus minera est planta Indiæ, & quæ e mari projicitur, demptis violis, & semine lactucæ & portulacæ. Alij verò aiunt recipiendum esse de eà quæ in aere vegetat drachmas quatuor, & de ea, cujus minera est planta Indiæ drachmas duas. et violarum drachmam vnam, & parum croci, & musci, his in pulverem redactis addunt sacchari reliquis omnibus æquale pondus. Et hoc in vino, tempore calido, à senibus superfluæ caliditatis accipi præceperunt. Tempore verò frigido, & a sene phlegmatico, demptis violis esse recipiendum docuerunt. Secunda medicina est, quæ disjicit & purgat omnes humores per viam insensibilem, & occultam. Nimirum choleram persudorem, phlegma per pediculos, melancholiam per excoriationem, & scabiem, quādo præparatur & accipitur, vt ante diximus, juxta medicorum præcepta. Recipe aliquid cariophyllorū, moscatæ, zedoariæ, galāgæ, corticis citri, carnis tyri, & parum moschi, confice cum vino, & fac magdaleones & trochiscos. Si vis sensus & omnia membra corroborare, adde Xyloaloes Indiæ par reliquis omnibus pondus. Si vis phlegma, & melancholiā abigere, adde illius medicinæ, quæ in aere vegetat, æqualem reliquis quātitatem. Si cupis quamvis ægritudinem tolere, adde aromata, quæ illi morbo inimica sunt, & tanta sit eorum moles, quanta reliquorum: aliaque licet adere, quæ tales morbos facilè abigant, vt est salvia contra nervorum mollicíem, ad provocanda menstrua spica nardi, ad levandā fellis & hepatis obstructionem, cinamomum, ad Tympaniten cardamomum: epilepticis, sciaticis, phreneticis, diu tussientibus prodest piper: Nam pectus & pulmonem crassis humoribus diffluentem exiccat. Vel recipe de carne tyri, zedoaria, cortice citri, galāga, cariophyllis & parum muschi, & cum vino misce, indè fiāt trochisci, & quando opus fuerit, hinc accipe senescens vnam partem, & 20. partes aromatis primo gradu calidi, qualis est spica nardi, & calidi in secundo gradu partes 15, & vnā partem trochiscorum nucis muschatę. Hoc hepatis & splenis tumorem dissolvit & recreat. Alia est senum medicina, quæ putrefactionem cohibet, naturalem humiditatem juvat, quo minus facilè pereat, & dissolvatur, cordis sanguinem puriorem & rariorem efficit, lepram, & cordis tremorem repellit, homines satis animosos, audaces & liberales reddit, phlegmatis copiam, nativum calorē opprimentis, purgat & ejicit, & talis esse debet: recipe de medicina quæ in visceribus terræ reconditur, artificiosè præparata, ita vt facilè cōteri possit, drachmas quatuor, de ea quæ in mari latet, drachmas duas, de medicina, cujus

...ombram ...volunt ...um ...s, quo ...chus ...corro... ...r: vide ...b. 37.

...aca ...nem ... Fer... ...b. 5. ...h. me...

Avic. ...act. ...e xy...

minera est cor animalis diu viventis, drachmam vnicam, hæc om- Avi.
subtilissimè tere, ita vt facilè possint venti impetu difflari & disjici, noctor
unde nonnihil croci & musci addendum est. Porrò addenda sunt moscu
aromata, quæ sunt odorifera, & cordialia, vt ad temperiem medi- pellan
a, habita temporis, ætatis, complexionis ratione reducatur. Hanc Ferne.
medicinam senes avide recipiant, cum tali liquore, qui facilè ad cor vs- 5. dem
que, partesq; interiores cõversus transeat, perque venas capillares per- med.
meet. Nonnulli, cum fames advenerit, cum cibo sapido hanc medici- Hic
nam accipiunt, alij matutino tempore vino granatorum commixtam simpli
hauriunt, alij cum electuario, jejunantes, alij mane surgentes cum o- medic
sorbili afsumunt. Vt scias omnem medicinam in liquore hominis na torum
turæ congruente facilius posse, quam secus, per naturam hominis perva recen
ri. Sed medicina simplex, quæ calorem nativum resolutum & debili- Nã
tatum restaurat & corroborat, est illa, quæ sani adolescentis complexi- in ae
ni assimilatur. Vnde manifestum denique redditur, lætitiam, cantum, nes pl
humanæ venustatis & pulchritudinis aspectum, aromata, electuaria, a- punt
quam tepidam, balneum, nonnullas res in visceribus terrę jacentes, la- terrae
tentes alias inter fluctus marinos, alias vegetantes in aere, alias ex no malia
bili animali desumptas, bene temparatas & præparatas: pluraque ri sun
hujusmodi esse remedia, quibus in juvenibus, senectutis accidentia, in & gen
omnibus senij infirmitates, in senio decrepitæ ætatis debilitates & mor terra
bi cohibentur, retardantur, & abiguntur. bus m

Adde humani sanguinis vim occultam, & liquorum virtutes: nescio quid Authorem ...rit, vt tam obscure scriberet, nisi prisca ætas, quàvis docta, tamen per invidiam au... tam obscura esse voluit.

FINIS.

[..]SO MEDICVS ET PHILOSO-[..]PHVS ACVTISSIMVS DE PRI-[..]MARVM QVALITATVM ARCA-NIS ET EFFECTIBVS.

Vrsonis carmen ad criticum.

[..] rudis, vt vetus: in tenebris jam mille per annos
[..]cltur: cæco parce nocerè seni.
[..]os agnosco sermonis, tela repone,
[..]on metuunt rabidos ossa sepulta canes.

CAP. I.

[..]e qualitatum primarum numero, & caloris effectibus.



Vm quæstionum naturalium ferè omnium solutiones à qualitatum effectibus sua videantur ducere principia, dignum duxi earum effectus, quos tum ex se, tum ex subiectorum natura cōsequuntur, ex[..]re. Sciendum est itaq; quatuor esse qualitates [..]cipales, scilicet caliditatem, frigiditatē, humidi[..]m, & siccitatem: quæ dicuntur primæ, quia pri[..]llabuntur ab elementis in corpora ex elementis [..]ituta. Principales, quia omnes ferè secundariȷ [..]tus ab illis nascuntur. Harum duæ dicuntur [..]væ, non quia semper agant in passivas, (passivæ [..] quandoq; agunt in activas) sed quia per actio[..]llarum passivæ solent introduci & conservari. [..]lla qualitas otiosa est. Caliditas verò quādoq; in[..]ucit siccitatem, & introductam conservat, quan[..] introducit humiditatem & conservat eandem, [..]dere licet in carne dura, sale conspersa. Calor

Conradu[..] Gesnerus in sua bibl[..]oth. eū cl[..]ruisse asse[..]rit anno d[..]mini 44[..] de eo etiam loquitur AEgidius carm. de vrin. iudic. circa finem, vb[..] Vrsonis ap[..]ces & Mau[..]ri dogmata perstringit.

Arist lib. 2. de ortu & inter. cap. 3

Hæc divisio est apud Arist. Lib. 2 cap. 2. de ortu & inter.

Calor est causa siccitatis, Gal. lib. 7. de Meth. med.

enim salis terrestres partes dissolvit in aquosas, aqu
sas in aëreas, à quibus innascitur humiditas, qu
subiectum relaxat & emollit, & sic introducitur hu
miditas à calore: calor siccitatem introducit & co
servat, vt videmus in carne igni apposita vt assetu
Dum enim calor agit in humiditatem, primò disso
vit eam, dissolutam consumit, vnde consumpta hu
miditate, siccitas introducitur, quæ est lima calori
atq; idem calor non desinit humiditatem consumer
& ita caliditas introductam siccitatem conserva
solet. Frigiditas verò humiditatem sic introduc
quia frigiditas semper ignea corpora crassiora redd
re enititur, vnde humiditas introducitur, & intr
ducta humiditatis conservatrix frigiditas dicitu
Similiter frigiditas potest esse siccitatis effectrix,
est perspicuũ in cristallo, qui generatur ex aqua c
gelata. Ex multa enim frigiditate aquosas partes
terrestres condensante, tanta fit partium constric
vt liquidæ partes in subiecto contentæ, per expr
sionem educantur, vnde crassioribus & terrest
bus derelictis partibus accedit siccitas. Qu
verò frigiditas introducat humiditatẽ, dilucidè pat
dum sol occultat se à nostro hemisphario, aer qui e
præsentia incaluit, eius absentia frigescit, frigidit
verò condensatur, & distillat quasdam guttulas,
solis absentia condensatum aërem humectari vi
mus. Quòd autem frigiditas humiditatem conserv
facilè in locis montanis experimur, vbi aër præ ni
frigiditate semper asperior efficitur, indè nix & g
cies, quæ nihil aliud sunt, quàm aqua concreta, c
servantur, & calori talia absumenti frigore obvi

Pet. Aban. diff. 104. siccitatem appellat caloris limã.

inh

rente resistunt & reluctantur. Aliquando verò
frigiditatem igneæ partes in aëreas cõdensantur,
t in quasdam guttas & partes aquosas aëreæ di-
nt, superabundantibus aëreis, & aquosis partibus
iditas introducitur & conservatur. Frigiditas
igneas partes in aëreas, aëreas in aquosas sem-
ondensare contendit. Sed inter duas qualitates
as, fortior est caliditas, quod per eius effectum
festum sit. Cum enim calor agit in rem aliquã,
ò eius partes dissoluit, quibus dissolutis res illa
ior efficitur, quæ ex partium cohærentia fortior
t, & rei agentis viribus minus resistit, vndè in
calor citius vim exercet, & effectũ assequitur.

Calor est fortior frigore: Gal. lib. 14. de vsu part.

liter, dum calor humiditatem absumit, siccita-
suam limam introducit, & ab ea magis exacui-
ur: vt subtilius loquar, calor est artifex omnium
m quæ generantur, & ideò generationis princi-
causa nuncupatur. Sicut igitur generatio inter
s natura principalior est; ita & calor, qui est ge-
tionis causa, inter activas qualitates principali-
bet esse & fortior. Frigiditas verò inter activas
ior est, & ideò prædictæ qualitati contraria. Ip-
nim est facere motum versus centrum, & ita
s rei in quam agit vicinius inter se cohærentes
ahere, ita vt totam fortius fiat, ideo ab agente
s patitur, effectusq; in illo non citò producitur;
meritò activa debilior iudicatur, quia debili-

Calor res efficit & conservat. Gal. lib. 11. de Meth. med.

t. Siccitas autem inter passivas fortior est, aut
è fortiori activa qualitate oritur, & conserva-
t quia siccitas agendo in rem humidam, consu-
o eam, calorem videtur introducere, & è calo-

Cur siccitas sit fortior inter passivas qualitates.

re, qui humiditatem destruit, introducto siccitas ma-
gis acuitur, vnde citius suum effectum consequitu
quia siccitas est qualitas, quæ perimit partes, dũ
non sinit cohærescere. Humiditas verò est causa co
glutinans, & quasi rei materia, partes dum vnit
connectit, quam dum siccitas consumit, rem introp
rimit. Aut quia siccitas vicinæ humiditatis consu
tione partes divellit & seperat, vnde totum debilit
& sic suæ actioni idoneum reddit. Humiditas v
inter passivas debilior appellatur. Dum enim nim
rei humiditas calorem suffocat, & eius effectum
tardat, frigiditas eius æmula qualitas incipit ma
operari. Quæ dum ex sua natura motum facit ad c
trum, debilitatur in suis actionibus humiditas,
quod suum erat relaxandi munus persequi aut pe
cere non potest, vndè debilior fit. Harum verò qu
tatum duæ suum à centro motum efficiunt, vt cal
tas dissolvendo & longius partes disiungendo, hu
ditas similiter relaxando & dilatando. Caliditas q
dissolvendo terrestria in aquosa, aquosa in aërea,
rea in ignea, inferiora & media reducit ad superi
Sic, quod circa vmbelicum mundi delituit, calori
pera ascendit, vt in cometæ materia: sic circa me
em caloris vi ex aqua & terra fit aeris & ignis
pius incrementum. Quod enim inferius in re est c
trum vel medium dicitur. Humiditas hoc efficit
latando, dum medias partes relaxat; quæ relax
alias partes extendunt, vel ad circumferentiam
propellunt. Duæ aliæ qualitates, frigiditas nimi
& siccitas motum habent ad centrum, sed dissim
ter, quia frigiditas constringendo vel contrahen

sicc

us inspissando, condensando, vel conglobando efficit. Frigiditas motum facit constringendo, dum contrahendo in aerea, aerea in aquosa, aquosa terrestria revocat; vnde superiora ad media, media inferiora reducendo, coarctat: Sic in boreali aer frequentius in aquam per frigus transit. tas facit motum ad centrum conglobando. Dū partes circumferentiales colligendo & coaduo reducit ad medium, eas ad centrum dum aculat, subiectum efficit rotundum. Motus autem ntro fit à medijs ad extrema, ad centrum verò tremis ad media. Sciendum est igitur quòd efs qualitatum alij sunt naturales, alij accidentales. Naturales sunt, quos sua natura qualitates conuntur: accidentales sunt, quos qualitates consetur per diversas diversorum subiectorum in quat naturas. Naturales etiam alij sunt principaalij secundarij, qui ab ijs secundariò dimanant. cipales, quia qualitatibus prædictis primò & ipaliter & denominativè descēdūt, vt a calidita lefacere, a frigiditate frigefacere, & sic de cateecūdarij, qui ab ijs secūdariò fluunt, sicut a calie dissolvere, & quam plures alij: a frigiditate cōre, & sic de cateris. Sed nota quod caliditas alido est per modum causæ, aliquando per modum æ, quandoq; aliquo medio, quandoq; nullo medio ctum reddit calidum. Per modum causæ, cum o medio, sicut in pipere videmus, in quo est caliignis prædominantis, & causa est quare subiefit calidum, mediante tamen caliditate potentieo innata. Nullo medio, sicut poterimus similiter

Qualitatū effectus.

liter videre in pipere, cuius caliditas innata ipsum formal & disponit, & nullo medio reddit calidum. Item notandum est potentialem illam caliditatem tu, ut solet causa, nonnunquam calefacere, ut videmus in cumulo frumenti aqua offusa, in quo calor potentialis suum fomentum, id est, humiditatem inveniens, excitatur, & agit in ipsum granum, eius substantiam mutat & resolvit in fumos, qui retenti, ab exitu impediti, quia non habent respiraculum incalescunt, incalescentes, suum subiectum actu tanquā causa afficiūt: & ita calor aliquo medio, fumo scilicet interiecto, calefacit. Idem de spiritu genera in corpore per calorem est intelligendum. Vicem calor etiam frigefacit, sicut videmus calore æstatis inferiora terræ frigidiora fieri, calidis inde vaporibus per nimiam pororum dilatationē egredientibus: vide fōtes & puteos æstivo tempore esse frigidiores videmus. Caliditatis igitur effectus est calefacere præcipuè & naturaliter, & ex accidenti frigefacere. Secundarij effectus sunt dissolvere, subtilius, purius, gisq́; levigatum & coloratum corpus reddere, destruere, consumere. Sed notandum est quòd aliud est solvere, aliud dissolvere, aliud resolvere. Solvere est crassa & terrestia in subtilia & aquosa relaxare. Dissolvere est aquosa in aerea commutare. Resolvere est aerea in ignea extenuare. Item sciendum est quòd calor aliquando emollit, agens in substantiam dissolvendam crassam, aut ut rudius, verius tamen loquamur grossam emollit, ut in auro igne liquefacto artifices experiuntur. Nam calor terrestria dum solvit, in aquosa molliaq́; reducit. Aliquando verò calor agens in subtil

Est aliquis calor actu, alius potentia: vide Arist lib. 2. de part. anim cap. 2.

Calor est causa frigoris: Gal. de tēp. lib. 3.

Calor emollit.

m substantiam, eam resolvendo duram efficit, vt et in ovo flammis exposito, dum liquidioribus & subtilioribus partibus eius, calore ignis resolutis, terrestribus partibus intus remanentibus duritiem contrahit. Caliditas dissolvit, dum facit motum a centro, partem à parte seperans, quam seperationem solutionem appellamus: quod videmus in cera, dum igne dissolvitur, partibus alterutrùm non relaxatis. Subtiliorem rem caliditas hoc modo naturaliter & tanquam causa reddit, dum præcedente motu dissolutionis in rē it, suaq; actioni idoneam reddit. Unde eam, ad eam simplicitatem adducere conatur. Simplicitas autem ipsæ substantiæ est subtilitas, quæ oritur in ea per mi... em suarum partium conculcationem, sicut patet in glacie, quæ dum dissolvitur per calorē, subtilior fit. Condensat autem calor accidentaliter, sicut dum calor agit in substantiam, eius liquidiores partes consumendo, ex siccitate coarctante fit crassarum partiū ...ior cohærentia, vnde condensatio: vt patet in ovo ...ato, & in corpore humano, si medicina datur laxativa, materia existente indigesta, partes eius liquidiores dissolvendo, dum evocantur, sequitur materiæ cō...ctio & inspissatio. Purius corpus caliditas naturaliter reddit hoc modo, dum caliditas, cuius est munus dissolvere, agit in rei substantiam, & propria virtute ...m in puram substantiam, quàm in non puram: pura ...men substantia, quia operationem est consequuta ...turæ secundum omnes sui partes perfectiorem, to... vi movetur partium similarium virtute, & calori consumenti resistit: ipsa enim substantia pura qua... m dissimilitudine & contrarietate quam habet ad

Indurat.

Dissolvit.

Subtilitatis est causa.

Condēsat.

Est causa puritatis

Calor est causa rarefactionis, attenuationis, digestionis: Gale. lib. 16. de vsu partium

substantiam impuram, caloris effectum protrahit ad substantiæ impuræ cōsumptionem & interitum: quod facilè videmus in auro, quod si ærugines habuerit, calore purius fit, & pondere minus. Si verò fuerit defæcatum, calore dissolvitur, sed non consumitur, propter prædictam rationem, quia substantia pura est & defæcata, & non cadit calori consumenti, nā nulla esset ratio, cur magis in vnam puri auri partem, quam in aliam calor ageret. Sed si aurum habet æruginem, quia ærugo non est tantæ virtutis, cedit consumenti calori, vel magis dissolventi & depuranti. Quod etiā manifestum est in agmine, in quo quidam sunt fortiores, quidam debiliores. Debiles autem fugiunt, fortiores remanent & alacrius dimicant. Corrumpit caliditas per accidens, sicut contingit aliquando quod calor in corpore plusquam oportet consumit & dissolvit ipsos humores, qui postea non habentes debitum à natura regimen, diuturna caliditatis actione, vi & virtute corrumpuntur. Idem evenit in frumenti cumulo aqua consperso, dum caliditas potentia tenus inhærens, suum invenit fomentum, resolvit aquam in fumositatem, quæ interclusa & retenta, resolvit reliqua, & putrefacit. Levitatis antē causa est naturaliter, dum per calorem rei humiditas dissoluta consumitur, & pondus minus fit, vndè substantia est levior. Aut aliter, caliditatis est levitatem producere, quia eius natura est facere motum a cētro ad superiora, & non lateraliter, quemadmodum humiditas solet. Aut aliter, dum per caliditatem agentem in humiditatem, fumus ab eo resolvitur, huiusmodi fumus subtilis purusq; factus transit in speciem eius, cuius substan-

Corrūpit. Calor est causa corruptionis. Gal. lib. de Meras.

Modus. 1

2

3

ia levis & aerea rem intra quam continetur, levem efficere: quod perspicuum est in corpori- viventium animalium, quæ quamvis plures ha- t partes terrestres, & similiter motum habent ntrum, eum spiritus venarum, nervorum, & ar- rum a suo motu naturali protrahuntur, sive pro ntur, id est, elevantur de centro. Cadavera verò arentia spiritu, magis moventur ad centrum, & pauciora intra se contineant, ex maiori tamen ter ietate graviora existunt. Aggravat autem cali accidentaliter, nam, dum ea in materiā aliquam eius subtiliores & leviores partes consumit, & anentibus eius spissioribus, crassioribus & terre- bus partibus fit rei aggravatio. Aut aliter, dum pororum apertionem per calorem fit spirituū e cor exhalatio, ut quorum præsentia corpus leve fit, e m absentia gravius redditur. Consumit autem ca dum per calorem agentem in substantiam, in fu- m partes eius dissolvuntur, fumus evanescit, rei stantia minuitur & consumitur. Quod apertè o- ditur in aqua, quæ, dum per calorem agentem in e in fumum partes eius dissolvuntur, paulatim mi- tur & evanescit. Fumus enim de ipsa substantia est: unde quidam dixerunt fumum vel aerem ab ua rarefacta ortum, non esse aliud quàm aquam. uod hinc probant: in balneis ab aqua resolvitur fu s qui in balneo contecto condensatur: quiq; dū non bet exitum, in guttas resolvitur. Conservat autem identaliter, dum calor agit in rem aliquam, & tan m dissolvit de ea re, quantum consumit: vi caloris cibus & superfluitatibus expurgatis & eiectis, pu rior

Est causa gravitatis.

1

2

Consumit.

Fumus est pars rei vnde exit per caloris vim & actionē.

Calor conservat.

rior res fit, & sic a corruptione fit præservatio & co[n]-
Est causa coloris. *servatio. Itidem calor colorem addit naturaliter, dum*
calor igneus agens in simplicia, terrestria resolvit in
aquosa, aquosa in aerea, aerea in ignea, vnde ex a-
cta ignearum partium fusione, rubeus color in subie-
cto remanet: quod patet in rosa rubea. Aut aliter, du[m]
per calorem in corpore generantur humores & spiri-
tus; quorũ per totũ corpus diffusione color rubeus aut
citrinus corpori additur. Colorem mutat aut tollit ca-
Tollit colorem. *liditas accidentaliter, dum per calorem aeris, qui po-*
1 *ros aperit, spiritus evanescunt, & humores exhalã-*
do exeunt: vt quorum præsentia splendidus color ori-
ebatur, eorũ absentia veluti extinguitur: sic pallidu[s]
2 *apparet, qui fuit ante rubicundus. Aut aliter, dum*
consumuntur a calore ignea & aerea, vtpote subti-
lia; remanent verò aquosa & terrestria, vtpote cras-
sa, e quibus color dispar & dissimilis in subiecto emer-
git. Quod facilè patet in rosa rubra, quæ fumo sul-
Destruit *phuris veluti infecta albescit. Destruit calor natura-*
1 *liter, quia vltima est per caliditatem destructio, cum*
2 *vsq; ad illum motum res existens fit: vel quia prece-*
dentibus alijs motibus vltimò calor transit ad hunc.
Dum enim per calorem res paulatim minuitur, con-
sumitur tãdem; & cum non possit resistere caliditati,
destruitur, vt apparet in aqua, cuius vltima pars
in profundo vasis remanet, alijs quidem resolutis,
impetum caloris non sustinet, sed ab eo destruitur.
3 *Aut aliter, dum per calorem terrestria vertuntur*
in aquosa, & aquosa in aerea, & aerea in ignea:
sic dissolvitur res eo, quòd eorum in re nihil
relinquitur: vnde substantia rei penitus perimi-
tur.

..r. Sed potest aliquis obijcere, quare similiter a fri-..litate condensante reliqua in terrestria, id non .., cum per talem condensationem vltimò res ..hil efficitur, & per frigiditatem terrestis substan.. permititur. Ad hoc dicendum est, quod calidi-..s per dissolutionem ex igne nihil potest efficere. Nō enim vlterius pergit caloris actio: per frigiditatē verò ex ignea substantia condensata fieri potest aer. Cum igitur caliditas vltimò agat in substātiam, par-..s resolvendo, licet ibi nihil sit factum, tamen effi-..itur subiectum debile, impotens vt cum calore relu-..etur; vnde res tandem destruitur. Cum verò frigidi..as vltimò agit in aliquid, licet ibi nihil sit effectum, ..amen partibus arctius contractis & veluti concul-..atis totum efficitur fortius, & partium compago ..t permanentior: & sic subiectum ab ea non tam citò destruitur. Vivificat calor naturaliter, dum per cali-..ditatem motum cordi & spiritibus præstantem, ..it spirituum in corpore restauratio, & per nutri-..mentum membrorum competens recreatio, ac per illā recreationem partium vegetior constitutio: vndè corpus melius regitur, & magis vividum efficitur. Ob. Sol. Calor vi.. ficat.

Additio.

CAlor est causa putrefactionis, quia meatus aperit, vt facilè tenuior spiritus egredi, & spissior pars humoris intus dū remanet, frigidior effici possit: & sic tandem putrescit, quia nō est putrefactio, nisi vbi est frigiditas ex calidi spiritus discessu proveniēs, & vbi calor extern' præcipuè ambiētis aeris cęcos corporis duct' & 4. Lib. M.. cap. 1.

spira-

spiracula aperit. Sic Arist. Est causa attractionis, quia substantia calida est tenuior, ideò magis penetrans, ideò altius influit, & quæ intus sibi similia reperit, ad se rapit, vt in sui naturam ea pœnitus mutet. Hinc illud GAL. calidum perpetuò attrahit, frigidum repellit. Est causa gracilitatis, quia in corporis partes, pabulum quærens suas vires exerit, & plus absumit quàm per nutritionem addi possit: ideò bajuli & mercenarij fossores raró sunt obesi. Est causa bonæ memoriæ, aut quia cerebri partes pituita nimium diffluentes exiccat. Nam vt in aqua non imprimitur sigilli imago: ita nec in fluido, & nimium madescente cerebro rerum species, Aut certè quia copiosius purũ subministrat spiritum. Vide HIP. Est causa nigredinis in humido, quia virtute sua res humidas ad quandam siccitatem trahit, vt liquidè in vuis maturescentibus constat. Est causa albedinis in sicco. Nam terrestrem naturã in puriorem, leviorem, tenuiorem mutat, vt patet in ossium & lignorum cineribus. Sic ait AVICEN. Est causa celerrimi pulsus, quia per vehemẽtẽ calorẽ humores affatim fumos emittũt, qui in spiritus versi, propter levitatẽ avidè exitũ quęrũt, impediti retrocedũt, venarũ latera feriũt, vndè crebro & veloci pulsu corpus agitatur, Sic GAL. Est causa cõcretionis & glaciei, sed per accidens. Nã aqua calefacta citiùs quam frigida glaciem contrahit, quia partes rarefactæ externo frigori minus resistũt & reluctantur. Est causa sterilitatis, quia sua vehemen-

[margin: ..5. de ..pli. med ..ul. cap. | ..l. de san..nda. | .. de di..r. | ..cen. lib. ..en. 1. ..t. 4. | ..de cau..ulsuũ. ..t. 1. Me.. .. ca. 12.]

…entia & impetu calor illud in corporis ſub-
…tiam vertit, quod aliter ſemẽ fieret. Hoc A-
…innuit. Eſt cauſa motus, quia ſpiritus evẽti-
…coſq; torpeſcere non patitur, ideò quando
…pidos fumos in ſomno diſpulerit, accedit ad
…ritus, eoſque excitat, & ante impeditos libe-
…, Sic Gal. aſſerit vigilias & motũ calore fieri.
… cauſa ne res oriantur, ſi nimius ſit calor. Sic
…tra tropicos læthales cometarũ radios, & ig-
…tas comas non fulgeſcere ARISTOT. arbi-
…atur.

Lib. 2. de …nerat. an… mal. cap.

Lib. 2. de … cis affect… circa fine… Lib. 1. M… cap. de cõ…

CAP. II.

De frigoris effectibus.

Frigiditatis effectus alius naturalis, alius accidẽtalis eſt: itẽ naturalis, alius principalis, alius ſecũ…rius effectus. Principalis effectus eſt infrigidare. …ecundarius effectus eſt condenſare, craſſum redde-…, aggravare, conſervare, colorem mutare, mortifi-…are. Infrigidare dico principalem effectum, quia fri-…idum ſemper denominatur à frigiditate, & non a …enſitate. Sed quomodo principaliter infrigidat per ra…ionem præaſſignatam ſciri facile poteſt, vbi oſtendi-…ur quomodo calor ſuum ſubiectum reddit calidum. …ed notandum eſt, quòd frigiditas ſubiectum ſuum …eddit frigidum, & quandoq; nullo medio, quandoq; …liquo medio vtitur. Nullo medio hoc efficit, ſicuti …idemus in opio, cum frigiditas complexionalis inſita & innata à frigiditate aquæ elementi in eius com-…lexione prædominantis proveniens ipſum opium in-…ormat, diſponit, per ſe & nullo medio reddit frigidũ. Aliquo medio hoc præſtat opium, vt ſi magna quan-

Frigidita…tis effect…

Eſt cauſa… frigidita-…tis.

titate

titate accipiatur, in corpore motum cordis impedit, & cursum spirituum: sic quorum vi corpus incaluit, eorum absentia motus retardatur. Item frigiditas aliqua accidentaliter calefacit, sicut videmus in hyeme, quia ex frigiditate constringente poros corporis, retinentur interius calidæ fumositates, quæ retentæ reciprocantur & calefiunt, & calefactæ, calefaciunt interiora, & ita frigiditas accidentaliter calefacit, suo tamen effectu secundario, mediante scilicet constrictione. Frigiditatis effectus secundarius primus est condensare & constringere, quod pro eodem effectu hic accipitur: quo mediante alij effectus secundarij oriuntur. Condensat igitur frigiditas, dum per frigiditatem motum ad centrum efficientem, pars parti vicinius adhæret, quæ partes per interpositionem humiditatis erant seperatæ à centro, condensata humiditate, ad medium inclinant & propendent. Sed sciendum est, quod frigiditas naturaliter coniungit & consolidat, dum partes reducendo ad centrum constringendo, sibi invicem cohærere facit: secundum illud Hipocratis, curare oportet vulnus stipticis & infrigiditantibus. Aliquando verò accidentaliter dissolvit & separat. Dissolvit, vti videmus in capite, quando cerebrū frigiditate constringitur, in eo contenti humores vi constrictionis educuntur & dissolvuntur. Separat autem, quia dum dissolvendo partes coniungit, eas ab alijs separat. Secundum illud Hipocratis, Frigida solent sanguinem solvere, quia dum vena constringitur, partes a partibus seperantur, & ita fiunt venarum rimulæ, vndè & sanguinis fluxus.

[Marginal notes: Frigiditas calefacit. / Condēsat. / Frigus coniungit. / Dissolvit.]

Crassum efficit aliquid frigiditas aliquan- Est causa crassitiei.
aturaliter, aliquando accidentaliter subtili-
causa est. Crassitiem producit, cum per frigidi-
m, naturalem motum consequentem, partes 1
ibus vicinius cohærent: unde totum redditur spis-
& crassius: vel quia per condensationem, igneæ 2
es & subtiles, aërea atque aquosa transeunt in
sa atq; terrestria, & substantia crassa efficitur.
btilitatis causa est accidentaliter, dum per constri- Est causa subtilitatis
nem multa fit expressio humiditatis & eductio,
in poris contenta subiectum crassum efficit: & sic
ut per eius eiectionem fiat subtiliatio. Grave ali- Est causa gravitatis.
d frigiditas naturaliter, leve accidentaliter efficit:
ve, dum naturaliter facit motum ad centrum, 1
pedit motum de centro, a quo fit calefactio:
quia per frigiditatem constringentem, le- 2
& subtilia condensantur in gravia & terrestria,
d: gravitas sequitur: vel dum per frigiditatem 3
ardatur motus cordis & spirituum, quorum mo-
& diffusione per corpus, corporis levitas & a-
itas oriebatur. Eorum enim motuum retardatione
pus aggravatur, sicut accidit ex opio assumpto.
d levitatis causa est accidentaliter, dum per frigi- Est causa levitatis.
atem constringentem fit expressio humorum & e-
ctio. A quibus enim subiectum gravius fit, eorum 1
uctione pondus minuitur. Vel aliter, cum a spiriti- 2
s corpus leve fit, eorundem exitu & discessu è cor-
re per pororum apertionem, ipsum corpus grave red
tur. Frigiditas autem poros constringendo spiritu-
m prohibet exhalationem: & ita fit, ut quorum ab-
ntia oritur gravitas, eorum præsentia fit levitas.

Conser-

Conservat.

1

2

Conservat frigiditas naturaliter, destruit acciden- liter. Cõservat, dum frigiditate calor reprimitur, q dossolvendo potuit putrefacere. Substantia enim p sic servatur. Aut dum per frigiditatem humidit condensatur, & sic caliditatis effectus retarda & sic paulatim de humore dissoluto proportion ter dissoluta conservantur, & res sine fætore conse vatur, cuius experientia cernitur in cadaveri in antris & concavis recessibus terræ repositis: qu rũ humiditas frigiditate aeris caliditati obviãte pa latim consumitur, & ideo sine fætore marcescun Destruit & corrumpit accidentaliter, dum digesti in stomacho per frigiditatem impeditur, debilitata ca liditatis actione corrupti humores generantur, à qu bus corruptis, corporis sequitur destructio, dum ta les humores per membra vagantur, iisq; immiscen tur. Vel aliter, cum frigida vulnerbus apponũtur, e frigiditate constringente poros, fit fumorum retenti qui retenti & putrefacti, putrefaciunt humores cor poris, & saniem adaugent, unde sequitur membr corruptio. Colorem tollit naturaliter frigiditas; acci dentaliter addit. Tollit vti videmus in hyeme, quan do calor corporis suum contrarium, frigiditatem ni mirum aeris fugiens retrocedit, hæc tria, scilicet ca lor, humor, & spiritus, quorum præsentia corpus co lore tingebatur, reducuntur ad interiora, ita vt cutis spiritu & humore orbata livescat. Similiter secund maiorem & minorem frigiditatis gradum fit al quando color rubentior & pallidior frigiditate condẽ sante ignea in aerea, aerea in aquosa: quibus abun dantibus, innascitur albedo. Aliquando verò lividu

Eadem videtur esse causa cur in Arran insulis, non procul ab Hibernia, cadavera non putrescunt, & ideò non humantur, sed subdio posita permanent incorrupta, vt posteri facilè videant avos, atavos, & tritavos. Gyrald. Camb.

Destruit.

Albedo fit à frigore, vt patet in nive, grãdine, & senum canicie.

color

…r frigiditatem condensantem aerea in aquosa,
…sa in terrestria: unde reluctante terra nigre-
… aqua albus color non enascitur; & resistente
…lbedine, a terra niger color non introducitur.
…ur igitur color medius, qui dicitur lividus.
…ndo à frigiditate niger color fit, dum per frigi-
…n condensantem, aerea in aquosa, aquosa in ter
…transeunt: unde dominante terra natura ni-
…or in subiecto emergit. Coloris causa frigiditas Ideo melanch. sunt nigri.
…dentaliter, dum per frigiditatem fit pororum
…ctio, & spirituum ac humorum retentio: eorum 1
…asentia cutis novo colore veluti tingitur, si- Frigus est causa rubedinis.
…r eorum exhalationem poros aperientem, per
…m aliquando fit cutis discolor. Aut aliter, san- 2
… suis fontibus contentus, actione caloris mem-
…n dealbatur: Sed exterior frigiditas aliquando
…venit, quæ membra frigidiora reddit. Caliditas
…ntrinsecus existens eius impedit actionem cir-
…guinis dealbationem, unde sanguis a colore suo
…teratur, tum secundum se colorat, & cutem ru-
… reddit, ut videmus in pueris per aquas frigidas
…pedibus transeuntibus, quorum tibiæ & pedes
…r prædictam rationem magis rubescunt. Mor-
… frigiditas naturaliter, vivificat accidentali- Frigus mortificat.
…Mortificat, quia dum per frigiditatem immode-
… fit constrictio in corde, deficiunt in eo spiritus, 1
… fit in illo membro quædam mortis obstupefa-
… quo prius emanavit vita & vigor. Et sic tan-
… sequitur aliorum etiam membrorum mor-
…tio. Aut aliter, dum per frigiditatem ca- 2
…m spiritu suum fugiens contrarium, ad interi-

 ora

ora reducitur, latitans in interioribus, & ad exte
ora se non diffundens, ita vt spiritu & calore ext
ora destituta, mortua evadunt. Aliquando eti
per frigiditatem calor debilis extinguitur, quod m
nifestè cernitur in hyeme, quando extrema la
cunt, & si fuerit immoderata, extimæ partes pa
tim torpescunt, & sine sensu attonitæ redduntur.
quia de mortificatione satis sit dictũ, qua ratione
fiat vivificatio videamus. Ad vivificationem,
philosophi tradiderunt, duo sunt necessaria, calor
mirum & humor, vnde caliditas causa est effici
humor materialis. Quod apparet, dum in inte
nis humor continetur, qui nec similis est na
membrorum, nec omnino dissimilis, quia aliud
creari potest calore in ipsum agente. Primò eni
fumum resolvitur, qui fumus purior factus, effic
spiritus, tunc illius humoris superficies consum
partibus aquosis efficitur crustula, in qua spir
includi possit: qui secundum formam intestinor
modò à centro, modò in latum, modò in longum
vetur, & hoc vniversum in qualitatum effecti
exprimere possumus. Vivificat frigiditas acci
taliter, sicut patet in illis avibus, ex arbore enas
tibus, quæ vice fructuum illic pendent, & propter
mositatem à corpore resolutam, aut per apertos p
exhalantem, non vivificantur: at dum in aqua
dunt, frigiditate aquæ poros corporis constringẽti
mositates retinentur, quæ transeunt in spiritu
ita coacervantur, vt postea tanquam aves vi
centur.

Vitæ causæ calor & humor, vide Arist. lib. de long. & brevit. vitæ.
In Pomonia insula, non procul à Scotia, crescit quædam arbor, quæ fructum folijs involutũ & conglomeratum fert, & is opportuno tempore in aquas subiectas decidit, ibi revivisсit, & in vivam avem, anserem arboream dictam, convertitur. Munst. lib. 2. Cosmog. cap. de Scotia.

Add

Additio.

gus eſt cauſa ſoporis,quia ſpiritus tenueſ-
e ſubſtantias ſpiſſas reddit, quæ deorſum
te propter gravitatem cadentes, ſpiritu-
as & curſus impediunt, vnde ſenſuũ ope-
nes deficiunt:ideò Gal. frigore ocioſum & ineptum animal fieri voluit:ſic plerique pituitoſi es & inertes dominante frigore efficiun- Eſt cauſa exulcerationis, quia ſi vehemens rtes nimis arctè contrahit,ita vt,aut pene- nem partium, quam natura abhorret, aut erationem partium oportet eſſe, quã na- grè fert, ideò Hip.exulcerare frigidũ do- Eſt cauſa albedinis in humido:ſic lillium, ſæpè humidis fluminũ ripis gaudet, & lę- reſcit,à frigore albeſcit. Eſt cauſa nigre- in corpore ſicco.Hinc melãcholici ex ſic- uadã materia nigros capillos habent, ideò arius res frigiditate nigreſcere ait, cui vna- er Avic.aſſentit.Eſt cauſa deliquij animæ, ut animę domiciliũ ſuccus quidam fridi- nvadit,aut venas arteriaſque occupat,quo s ſpiritus liberi ad animalis ſalutẽ fluant: ët. innuit. Eſt cauſa puritatis, quia omnia ę poſſit,cõgregat,&ſimul cogit cõtrahitq; iſſi & impuri vapores ſimul coacervantur, q̃ neceſſariò in ſuo loco manet,ne vacuũ hiſce fumis liber & vacuus, purior reddi- deò Aëtius frigidas & aquilonares in hye- õſtitutiones aërẽ purũ efficere aſſeveravit.

Li. de locis affectis circa finem.

Li. de morbis popularibus ſect.3.

Actu.lib. de cauſ.Vrin. cap.13.

Avicen.lib. 1. Fen.1. doct.4.

Aetius tetr. 2.ſer.2.cap. 108.

Aëtius.2. tetr.ſer.1. cap.91.

CAP. III.

De siccitatis effectibus.

Siccitatis
effectus.

Siccitatis effectus alius naturalis, alius accidentalis est. Naturalis alius principalis, alius secundarius. Principalis effectus est siccitas, eius autem operatio est exiccatio, unde siccum sumptum est a siccitate, quomodo hunc consequitur effectum per praedicta facilius cognosci possit. Secundarij eius effectus multi sunt: ut inspissare, exasperare, in motu retardare, consumere, mortificare, & destruere. Sed sciendum est, quòd sicut naturaliter & principaliter desiccat, ita accidentaliter humectat. Exempli gratia: Siccitas in corpore aliquando excitat calorem, qui excitatus dissolvit humiditatem, quae dissoluta & per membra diffusa, humectat corpus. Aut aliter, dum montes naturaliter sunt sicci, humidissimas herbas ex eis nascentes cernimus, ut cinambularia, vermicularis, &c. Quod hac ratione videmus fieri: siquidem natura montis suum subiectum per similia conservare conatur, Igitur attrahit sibi suum simile, id est, siccum: humidum verò tanquam sibi contrarium, & superfluum, a se usque ad herbarū radices repellit: quod herbae virtute sua attractiva tanquam sibi simile trahunt, & ad suum nutrimentum convertunt: unde in summis montibus herbae humidae generantur. Inspissat verò naturaliter, dum per siccitatem in humores agentem, attenuatio & consumptio rei humidae fit, ita extremae & circumferentiales rei partes per siccitatem reducuntur ad medium illius, excitationem patientis, unde partes prius a se invicem differentes, per reductionem ad centrum vicinius colle-

Humectat.
Modus.
1
2
Vermicularis dicitur Aizoon minus à Ruellio. A nonnullis dicitur cauda muris: crescit in petris & muris etiā.
Inspissat.

re-

& sibi invicem propius coniunguntur: vndè corpus spissius efficitur & crassius. Indè est, frigiditas condensat constringendo, & humiditatem conservat, quùm humiditas consistit passiva frigiditatis, vt videri potest in glacie, quæ per constrictionem partium inter se coadunatas concreta oritur. Siccum verò inspissat humorem alicuius corporis consumendo, vt videre possumus in luto, quod, flante Borea, per siccitatem constringitur, partibus consumptis liquidioribus, terrena substantia remanente, quæ fuit ante mollis, postea per calorem humorem consumentem durior fit, & spissior. Et sciendum est, quòd effectus etiam siccitatis variatur secundum substãtiam rei, in quam agit. Ea enim agente in rem crassam & solidam, crassior efficitur & solidior illa res, sicut patet in luto soli exposito & desiccato per siccitatem caloris innatam, cuius scilicet siccitas, lima esse indicatur. Sed quando agit in rem subtilem aeream, vel aquosam vires illa res subtilior & rarior per accidens efficitur. Videmus enim, quòd flãte Borea, aer siccior & subtilior reddescit, cuius rei ratio hæc est. Dũ siccitas ad subtilem substantiam suo motu naturali, rei movet ab extremis ad centrum, a quibus mediocriter impulsæ moventur. Quæ vero per privationem soliditatis, medijs partibus adhærent, pulsæ ab extremis, partes medias, vtpote subtiles, & ijs ceden ... ad exteriora repellunt: vndè maior fit re... & subtilitatis origo: dum enim mediæ partes ...te substãtiæ impulsæ subterfugiunt, vnde nõ ... coherẽtia, sed disgregatio, &, vt ita loquar, Est causa subtilitatis.

D 3 subtiliatio,

subtiliatio, unde subiectum fit subtilius. Siccita-
rò agente in crassam materiam, dum partes ab
mis motu constrictionis reducuntur, partes q
crassa vicina non subterfugiunt, sed cohaerent. S
quod liquidum quod in ijs continetur, vi impul
effluit, & ita ex aggregatione partium & cohe
aquosis etiam partibus emissis, subiectum solid
Est causa duritiei. ditur. Indurat siccitas naturaliter, dum cons
per eam humiditate, a qua rei fuerat mollicies,
extremas medijs appropinquare cogit, Ex
rum aggregatione & accumulatione, subi
Emollit. induratio. Emollit autem accidentaliter, dum
mit humiditatem, qua est quasi partium cong
tio, earum separatio sequitur & mollificatio, q
quidè patet in ligno vetustissimo, cuius hum
per siccitatem absumpta, in eo partium fit m
dum in pulverem mollem, & tactui cedentem
Asperitatis est causa. tur. Exasperat autem naturalitèr, dum siccit
in substantiam aliquam, & humiditatem q
invenit in superficie consumit, & quod consum
potest, indurat, & ita in superficie quedam in
tas eminet, ut ex quadam superficie disgrega
cuitate, & duricie elevata, manifestum fit, &
aequalitas est asperitas, secundũ quã dicitur d
pus. Lavit antẽ accidẽtaliter, nã aliquando c
ꝙ siccitate exacuitur in cerebro calor, qui exc
dissolvit humores, qui dissoluti, & per artereat
tes, eam prius vehemẽti quadã siccitate exas
leniunt & humectant. Contingit etiam quòd
siccitate exacuitur, qua quedam mẽbra mor
exiccat, & exasperat, & ea membri mortif

...ũt humores & spiritus ad illũ membrũ, qui il-
...niẽtes & cõfluentes, ipsũ humectãt, & exaspe
...lenιũt. Motũ retardat naturaliter, dũ per sicci- Siccitas impedit motum.
...aerea partes cõsumũtur, & aquosa in terrestres
...ãtur, à terrestribus tãq̃ acrassioribus substãtia 1
...otũ redditur tarda: vnde Ga. si ex desiccãtib᷑ res
...fficilè mobilis fit. Hocq́; fit ex siccitate. Aut ali- 2
...ũ per siccitatẽ spiritus attennãtur, quorũ multi-
...e animal velocius movebatur, eorũ diminutione
...per cõsũptionẽ, movetur animal tardius. Mo- Motum adjuvat.
...iuvat accidẽtaliter. Nã dum siccitas motũ faci-
...d centrũ, æqualiter reducit circũferentias ad cẽ
..., fit partiũ circũflectio, & æqualis conglobatio:
... quod rotundũ fit, nõ habens angulos, quibus lati Ratio cur corpora rotunda citius movẽtur
...is diffusionẽ habere possit, efficitur magis volubi
... mobile, quia tantũ secundũ sui minimas parti-
... locum in quo continetur attingit. Aut aliter, dũ
...orũ superfluas faces absumit, & spiritus subtili- 3
... purioresq́; reddit, illos mobiliores facit. Corpus
... facibus & superfluis humoribus plenũ, ineptum
...otum efficitur. Quibus discussis & dissipatis, ap-
... fit & propensum. Replet autem accidentaliter Replet.
...tas. Nam dum facit motum ad centrum, perfora
...nt & poris plena circumferẽtiales partes, extre- 1
... & solidas in illam vacuitatẽ accumulat & con-
...it: quare continua quadã accumulatione in me-
...psius vacui fit occlusio & impletio, vt scitè osten-
...r in nervo, cuius partes extremas dum siccitas
...entrum reducendo annectit, in mediis nervi
... sequitur occlusio & coarctatio, & aliquando
...ndem oppilatio. Aut aliter, dum siccitas 2

liquidiores partes egerendo consumit. Crassiores ve-
rò partes vi quadam earum in terrestres indurat
retinentur, quæ retentæ replent intestina. Siccitas de-
struit, dum humiditatem consumit, quæ dum mate-
riæ partes vnit, dare rebus essentiam videtur. Hu-
que ratio in inanimatis cernitur. Animata verò de-
struit, quia ad viuificãdum spiritus maximè requi-
tur, quo mediante anima corpori vnitur. Dum ergo
per siccitatem humiditas consumitur, spiritus deficit,
quia deficiente materia, & soluto vinculo, coniunctio
soluuntur, & corpus perimitur. Humiditas autem
est siccitati contraria, ideò siccitas pessima est quali-
tas, quia lethalis & exitiosa est, dum humiditatem
corrumpit. Viuificat autem accidentaliter, quia con-
tingit aliquando quòd humores in cerebro resoluti in
reuma commutantur, & ita spiritibus sunt infesti,
& ad oppilandos meatus spirituum parati, vnde suffo-
catio & mors sæpè contingit. Spiritualium vel medi-
cinæ datæ siccitas in illos humores agens, eos consu-
mit, & spiritui viam præparat, & apperit, vnde re-
quasi emortua fit viuificatio. Aut hoc fit, quia per
siccitatem sanguis in fumos dissoluitur. Ex quo spi-
ritus reparatur, quo reparato maior sequitur cordis
partiumq; reliquarum viuificatio.

Destruit.

Quædam fiũt per media, vt patet in rebus naturalibus: quædã sine medio, vt homines admirari, non philosophari cogantur: sic intelligentiæ orbibus: sic spiritus diuinus sãctorum animis: sic anima spiritui sine medio vnitur: sic in ipsis singulis actiones admirandæ, captumque hominis longe superantes perficiuntur.

Additio.

Additio.

Siccitas per accidens est causa melioris soni, quia humor alienus, aut quicunq; spissior halitus, aerem, quo minus liberè feratur, plurimùm impedit: proindè bellicus tubæ sonitus, longiùs sereno cælo, quàm turbido auditur: similiter in fidibus patet, quæ sicco & æstivo aere dulciorem habent motum, imminente pluvia, ineptum quendam stridorem ædunt: ideò Galenus sicca quàm madida meliùs & dulciùs sonare docuit. Est causa ægritudinis magis quàm humidum, quia magis vitali succo opponitur, & proindè violentius lædit: ideò HIP. ait sicciora magis morbos recipere ac dolere. Est causa mortis, quia humido nativo siccitatis vi corrupto, nullus ascendit spiritus, sensus languescunt, debilitantur membra, partium vnio discinditur, solutio fit & corruptio totius: ideo GAL. præcipit, vt animalis partes servemus humidas, quia contraria affectio animantium corpora ad senectutem perducit. Nam per siccitatem omne vivum mortale est, & corrumpi omne corpus potest. Et causa duritiei, quia siccitas terrestris semper habet concomitantem frigiditatem, partes corporis omnes arctius vnientem, ita vt pauci inesse possint meatus, aut fluens in illis humor, vnde mollicies oriri possit. Proindè gemmæ, quæ concrescunt, & omnes lapides sicci sunt, & proinde duri. Hinc illud GAL. Quod siccum est, durum est.

Gal.lib.8 de vsu pa

Lib.de cis in homine.

Gal.lib.3 de sanit tuenda.

Lib.2.de tempera

CAP.

CAP. IIII.

De Humiditatis effectibus.

PRincipalis & naturalis effect⁹ humiditatis est humectare, secūdarij naturales relaxare, lenire, ad motum rem aptam reddere, graviorem efficere, replere, calorem extinguere, & sic mortificare. Sed quomodo corpus redditur humidum, ex præcedentibus manifestum fit. Humectat etiam alio modo, dum res humida, vt aqua, vel alia quæcunque super rem duram & aridam aspergitur & diffunditur, eam relaxat & humctat, vt in luto videmus aqua conspersо. Aut aliter, dum corpus aliquando siccum naturaliter, longo vsu humidum efficitur humida diæta, dū nutrimētū humidū mēbris admiscetur, vnitur & inseritur. Desiccat autē accidētaliter, quādo corpus est tēperatè calidū, sed nō ita forte tamē, vt humiditatē absumēs, possit siccitatē introducere, cū humida cibaria adhibētur, calor vnctuositate eorū quasi suo fomēto accēditur. Ideòq; vehemēter in humiditatē agēs, eā cōsumit, & corpus desiccat, q apertū fit in cariophyllis sophisticatis, quæ magnā nequeūt afferre duritiem, quia cōsumūtur & desiccātur. Cū n. aqua aspergūtur & emolliūtur, calor prius sopitus, iā ex assūpto fomēto intēditur, qui intēsus, seu fortior factus, cōvertit se ad illam non solū humiditatē accidētalē, sed etiā ad substantialem devorandam, vnde eorum corporū sequitur exiccatio & cōsūptio. Relaxat autē & disiūgit naturaliter, dū humoris magna copia generatur, quæ interpositione sui poros subintrat, & partē a parte separat. Vt videm⁹ in corijs, quæ primo sicca & calore arida, postea axungia & aqua relaxantur, & ad

Humectat. 1 · 2 · Desiccat. · Relaxat. 1

ad quasvis formas suscipiendas apta reddũtur. Aut aliter, dum humiditas facit motum ae centro dilatãdo, accumulatas partes medias ad extrema distendit: quod apparet in argilla indurata, quae aqua offusa, in partes varias relaxatur. Coniungit & conglutinat accidentaliter, vt videmus in rupturis ossium & vulneribus. Dum enim humiditas ad ossa fracta, vel labra vulneris influit, ibi glutinosa effecta, partes separatas adinvicem, & distantes, quasi quodam glutine coniungit. Laevigat verò naturaliter, quando rei superficies facta inaequalis, consumptione humiditatis fit aspera, humiditate vero adveniente, & duras partes emolliente, introducitur laevigatio, quae est quaedam partium aequalitas. Aut aliter, dum asperae superficiales vacuitates replentur, fit aequalitas; vnde levitas introducitur: quod apparet in ligno saepè linito. Exasperat autem humiditas accidentaliter, quia calor in corpore aliquandò debilis est, vnde non potest humiditatem consumere, nec siccitatem afferre. Si igitur aquea aut aerea humiditas exhibetur, calor per eam excitatur, quia in consumptione humiditatis subiecta movetur, qua absumpta, introducitur siccitas, ex qua fit exasperatio, & hac ratione pinguis cibus febricitantibus prohibetur: aliquando etiam cibi nimis humidi nimiùm recipiuntur, vt febrilis calor suffocetur. Calor igitur, qui est debilis, dissolvit eam humiditatem in fumositatem, crassam & dissolutam non consumit. Retenta igitur fumositas & interclusa movetur, & conculcatur, conculcata calefit, quae ascendens ad linguam, & pala-

palatum, eorum humiditatem exhauriendo exiccat & exasperat. Motum naturaliter adiuvat, dum per ipsa, quæ naturaliter dura sunt & sicca corpora, accidentaliter sumunt lubricitatem. Ea enim adinvicem allisa, facilè sibi cedunt: & sic mobilia redduntur Aut quia res humida spirituum est materia, spiritu parato ex ea, res intra quam continetur mobilior redditur. Aut quia per humiditatem mollescit arteria, & motu spirituum movetur facilius. Motum impedit accidentaliter, dum nimia humiditas per mēbra discurrit. Nam per exuberantis humiditatis molem, graviora, tardiora, & minus apta ad motum corpora redduntur. Aut quia nimia humiditate oppilantur partes, ita vt spiritus animalis nō possit per eas ad motum faciendum pererrare, unde motus sequitur tarditas. Aut quia ex humiditate spiritus crassior fit, & ideò admotum minus idoneus: vnde ex eo motus cordis retardatur. Aggravat autem naturaliter, dum humiditas superflua per membra passim diffusa est, & membra exuberantis humiditatis mole oppressa minus spiritu elevantur: aut dum abundat, substantiam æthercam inspissat in aeream, aeream in aqueam, vnde gravitas oritur. Æther enim spissior factus, transit in aerem, aer spissus in pluvias vertitur. Levitatis causa est accidentaliter, quia humiditas in corpore fomentum est caloris, & ipsum excitat, excitatus in humiditatem agendo, ipsam in fumos quosdam resolvit, fumos verò subtiliores reddit, qui subtiles facti, transeunt in spiritus, quorum præsentia & calore corpus leve fit & agile. Crassitiem efficit humiditas naturaliter, dum humiditas

ditas super rem aliquam diffunditur, poros subintrando, & partes extendendo rem ipsam crassam facit, & eius substantiam inspissat. Subtilitatis est causa accidentaliter, dum humiditas sui interpositione & admixtione, rei partes crassas & accumulatas relaxando, emollit, subiectum rarefaciendo, subtilitatem efficit, quod cernitur in terra aqua admixta, & calce aqua conspersa. Replet autem humiditas naturaliter, dum per humorem condensantem, humida substantia conservatur & humectatur. Augescunt & membra, ratione vacuitatis, dum humiditatem suscipiunt & exugunt, & ab eo replentur, vt apparet in spongia aqua plena. Exinanire solet accidētaliter, dum humiditatis fomento calor excitatus diuturna actione circa propriam humiditatē, eam consumit, siccitatem introducit, vnde quaedam postea exinanitio, cōsumpta tanta humiditate, sequitur, in quibus per eam ante fuit aliqua repletio. Item calorem aliquando humiditas extinguit, interdū fovet & excitat. Si nimia fuerit, extinguit, si pauca vel mediocris, excitat. Aer enim inter ignē & aquam medius, calore cum igne, humiditate cum aqua convenit. Humiditate igitur in humido corpore multum abundante, quoniam cum aqua convenit, aquearum partium maior est effectus: vnde caloris effectus reprimitur & aliquando extinguitur. Si subiectum, in quo humiditas inest, sit temperatum, aereae partes ipsius sunt partim igneae naturae similes, vnde effectus caliditatis frequentiores sunt, & tunc humiditas caloris fomentū efficitur. Et haec de primarum qualitatum effectibus breviter dicta sufficiant.

Est ca[...] subtili[...]

Reple[...]

Est ca[...] exina[...] onis.

Calor[...] exting[...]

Excita[...]

Non [...] quàm i[...] Lampa[...] magna[...] lei cop[...] flamm[...] exting[...] medio[...] alit & [...] vet.

[T]ractatus Philosophicus, de hu[m]orum numero & natura, complexionis, [m]orbi, perturbationum origine, caloris & hu[mi]di nativi virtute & munere in humano corpore, & de aeris infectione, vndè non rarò humores & spiritus coinquinantur.

CAP. I.
De humorum numero.

QVadā sunt in humano corpore substātia, quæ (vt ait Galenus) ab occulta seminis vi & nativo calore effinguntur, proprijs certisq; [figu]ris prædita, siccæ, terrā imitantes, duræ, vt melius [ex]ternā vim & impetū reprimāt, distinctis stationi[bus] destinatæ, vt expeditiùs officia & debita munera [ex]equātur, vtq; nō possint à naturali situ, sine natura[li lætio]ne magnoq; dolore dimoveri, porosæ, vt alimentū, [quo] foveantur, admittant, cōcavæ, vt magis preciosū [natu]ræ thesaurum tutiùs servent, solidæ, vt tanquā [basi]s & firmamenta huius quod circumgestamus [ædi]ficij difficilius concuti possint: vt ossa medullam, [calv]a cerebrū, costæ cor & hepar, nervus spiritum, [ven]æ & arteriæ puriorem sanguinem continentes. [Qu]ibus cum sectio, distensio, dilatatio, nativæ quali[tati]s mutatio, exinanitio, contractio contigerit, dolo[res] oriuntur, & sese vulnerari natura mœstissimè [con]queritur. Quadā sunt molles, ne per motum suos [natur]ales atterāt, mobiles, ne per quietem putredinem [con]trahant, humidæ, vt celerius corporis artus & [act]iones irrigent, sine certa figura, termino, & quā[tita]te, vt liberius ad naturæ nutum ferantur, & ad corporis

Gal. lib. de Maras. asserit figuras partiū esse ab occulta vi seminis, & calore nativo, adde cœli influētiam.

Partium quarundā proprietates.

Causæ doloris in solidioribus partibus humani corporis.

Cur humores molles, mobiles, mutabiles, & sine certa figura sint.

Qua ratione humores solent mutari.
Humorum numerus.

corporis sanitatem crescant, aut imminuātur, cale-
cta ad cordis agitationem, ad ætatis, temporis, c-
dieta, morum, laborum trutinam mutabiles. Qu-
quædam congenita sunt, & ab origine nos sequunt-
sed liberiùs diffluunt, vt sanguis, pituita, flava bi-
melancholia, quibus præsertim delineandis incum-
mus, quia harum motu sævissimæ ægritudines n-
nunquam fiunt, & humani corporis fabricam f-
tumq; immaniter concutiunt. Quædam nobi-
ortu comites sunt, sed immobiliùs suis locis af-
immorantur, vt medulla, humor oculorum, sal-
humor glutinosus, qui cōtinuitatem partium ser-
humor iuncturarum & articulorum, qui madef-
ossium nexus & articulos, ne motu nimium ex-
cant, humor radicalis. Quædam per concoctio-
adveniunt, vt adeps, humor alimentarius in e-
bus venis, semen & lac in matura ætatis corpori-
Quædam veluti faces, natura conatu statis temp-
bus eijciuntur, vt lachrymæ, vrina, sudor, mēstr-
hæmeroides. Quibus natura, vt nocumentis & f-
bus reluctari, & superata tandem, anxiè ingem-
re solet, donec medicina, aut exercitij viribus s-
vata prævalet. Talis enim in hominibus nat-
vis inest, vt nec emortuum embrionem vtero c-
neri, nec os putrescens carne vestiri, nec lapillos,
arenulas in alijs coacervari, nec fumos alienos
peregrinos circa mentis sedem divagari, nec hum-
putridos circa viscera immorari patiatur: quin,
eiectis, ad integram valetudinem, & pristinam c-
stitutionem corpus revocare ardenter cupit.
aliter, quàm in corpore politico lex vitiosas & pu-

Vlcera aut vulnera cōcava non sanantur, quamdiu vel ossis particula, à continuo separata, vel caro mortua, vel

es partes, hoc est, impios cives abſcindi, libertate ...ari, in exiliũ relegari, tolli de medio iubet, ſi nulla ...cuperãdæ ſalutis, hoc eſt, politicæ virtutis relicta Sic natura in partibus à ſanitate, politica admi...atio in civibus à pietate deviantibus idem opera... ſi nequeunt ſanari, abſcindi poſſunt. Humoris no...ne ambiguitate vocis cæcutientes aberremus, va... à medicis & philoſophis accipitur: aliquando pro ...cunq; liquore fluido & mobili, vnde illud poëtæ,

alienus humor intus deliteſcit.

Humoris ſignificationes.

1

Dulce ſatis humor, maturis frugibus imber.

2 ...quãdo ꝑ illo ſucco, qui è cocto in võtre cibo natus, ... per meſeraicas venas ad hepatis officinã tendit. ... Hip. ſanguifica virtus nõ mutabit illũ humorem, ... in venas hepatis influit. 3 Aliquando ꝑ illis præci... quatuor humoribus, qui totã humani corporis ...ẽ ad libitum mutant & afficiunt, vt apud Gal. lib. ...iff. morb. 4 Aliquando pro liquidis & fluentibus in ...ano corpore ſubſtãtijs, vt apud Ariſt. li. 1. de hiſt. ...im. ca. 1. cui in hac humorum varietate præcipuè ...areo. In corpore tãtus eſt humorum vſus, vt quã... Fernel: eos pro partibus non agnoſcat, tamen certũ ...ijs ſublatis totius exitium adeſſe: quãvis animati ...ſint, ad animæ tamen operationes perficiendas con...unt: quamvis ſenſu careant, ſine ijs tamẽ nec vi... nec ſenſus ineſt. Nã deficiente ſanguine, caro immi...itur, vndè rugæ, deficiẽte medulla, oſſa exareſcũt, ...de curvitas, humore alimẽtario deficiẽte, cõtrahũ... nervi, vnde debilitas oritur. Humores enim quã... abſumũtur, vacuæ ſunt venæ, abſumitur ſpiritus, ...de ſenſuũ ſtupiditas, totũ corpꝰ cõcidit, vnde animæ ...a evenit. Anima enim tã diu hanc molẽ incolit, q̃

Humorum vſus.

 diu

diu humorum defectus, aut intemperies, misera mo-borum parens non ingruit. Hinc enim senectus, q

Virg. 9. AEneid. Debilitat animi vires, mutatq; colorem

hinc ipsa mors, quæ

Hor. lib. 2. Od. 1. Et fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, tumidoq; tergo.

Hinc illæ miseriæ nos opprimunt, quæ perniciem mi-tur, hominesq; reddunt tã timide attonitos, vt pos-

Nunquam rebus credere lætis,
Rideat fælix fortuna licet,
Eos afflictos gaudere piget.

CAP. II.

De primarijs quatuor humoribus.

Cur humores non sũt veræ partes. 1 2 3

QVamvis hi humores veræ humani corpo- partes non sint, quia per certa ligamenta nexus corporis membris non vniuntur, nec commu- nem vitam qua regi possint accipiunt, nec soli vlla functionem officiumq; toti exhibent, vt ait Fern. tamen cuiusq; magna est vtilitas, præcipue verò sa- guinis, qui calidus et humidus, aerem inter elementa inter planetas Iovem, inter anni tempora vernum inter metalla aurum imitatur, omnes corporis pa- tes solus irrigat, solus ad cordis sinus & viscera a- mittitur, solus verum spiritum animantis vita vi- lem præbet, solus vere animal enutrit, & calorem conservat, vnde Plato eum carnis totiusque co- poris pabulum appellat, solus succorum optim- à Galeno dicitur, solus aut extra venas erumpe aut in ventrem, vesicam, intestina, thora- spacium excidens, teste Fernel. concrescit in gr-

Lib. 2. de vniversa medic. cap. 2. Sanguinis natura.

In Timæo Lib. 2. de temp. Lib. 2. cap. 7. de Meth. Med.

mu

...m. Vndè plurimi à cordis motu, non proprio calore ...m effervescere arbitrantur, ut Hip. lib. de corde. ... enim sponte non diffluit per venas, sed cordis pul... motuq; diffunditur. In eo puritatis indicia sunt ru... dulcedo, in venis palpitatio, adde cum Avicenna ...um odorem. In quibus magna est eius copia, ...na est, ut ait Hippocrates, prudentiæ vis, sed pa... ad cælibatum idonei censentur. Pruritus enim ...sanguinis, proinde seminis, abundantia, appetitum ...cuit, & motus ad venerem indomitos & effræna ...ciet. Sanguinem elaboratum nonnulli animatum ...ellant, nec ab Aristotele in eo multum dissident, ...sãguinem purum animari & effervescere docuit. ...uod ideò ab eo dictum arbitror, quia puriùs even... ...us sãguis magis animæ pro vehiculo curruq; pla..., quo fœlicius possit morborum fomenta & causas ...cutere. Nam in vehiculo requiritur puritas, in or...no temperies, & ad suum munus propensitas & ap...udo. In vehiculo vix cernitur informatrix vis, in ...ano præter informationem distincta quadã actio, ...in oculis visio, in nervis tactus cernitur: in vehicu... ...on reperiũtur partium diversitates, in organo par... sæpè reperiuntur dissimilares, ut in oculo humor ... tunicæ. Nulla deniq; organi pars lædi, aut, sine do...e, actionisq; privatione, avelli potest: partes verò ...hiculi animæ, quales sunt sanguis & spiritus, ad ...rtum gradum imminui sine dolore possunt. Quæ ...bstantiæ, si forent perfectè animatæ, eas abscindi, & ...artium reliquarum consortio dissociari ægrius na...ra pateretur. Vbicunq; tamen hæc reperitur ...nguinis puri putiq; copia, æqualem, teste Galeno,

Sanguis non est per se calidus.

Sanguis purus.

Lib. de. fla. ib.

Lib. 3. de hist. anima. cap. 19.

An sanguis sit animatus.

Vehiculum & organum animæ.

Lib. 8. Pla. 7.

 qua-

quatuor elementorum temperaturam arguit. Et quò est purior sanguis, eò citius reliquis humoribus coinquinari solet. Et quando inficitur, tanto impurus magis nocet, quanto purus magis profuit. Ideò Galenus optima abire in pessima per corruptionem admiratur. Humano corpore vivo quid pulchrius? mortuo quid putidius? vitis virescens delectat, putrescens plurimùm nocet. Ex amico qui inimicus fit, inquit Plutarchus, magis capitali odio prosequitur illũ cui irascitur, quã si anteà sæpe odisset. Syncerus sanguis cordi fomentũ, putridus venenũ est. Nam pessimi succi ortus ex optimi interitu sæpe fit. Sed quam diu manet purus, mollicies carnium mediocris, color vividus rosæ rubenti similis, partium structura venusta & decora, venustatis & lævitatis mediocritas, operationes animæ omnes integræ sunt. Quoties vero dominante frigore in pituitam, calore in bilem flavam, siccitate in melancholiam transit: quoties aut propriam qualitatem ad unguem non servàrit, vt nutrire sicut prius non possit: quoties multitudine ita crescit, vt lædat vires, vasa distendat, dirumpat, obstruat, quamvis possessio naturæ a Galeno dicatur, toties inutilis & exitiosus fit. Omnes illius species, quas medici enumerant, aut sunt respectu vasis, sive loci, vnde sanguis arterialis, venalis, & vagus dicitur: arterialis, qui per arterias discurrit: venalis, qui venarum involucris includitur: vagus, qui extra venas ad alendam carnem effluit: vnde ratione canalium, diversæ etiam sanguinis conditiones emanant: ita venalis rubicundior, flavior arterialis: venalis spissior, arterialis

[Margin notes: ...ib de cu... ...y. ...lin. | Sanguinei quales. Gale. de arte Med. cap. 8. | De Meth. Med. cap. 9. | Species sanguinis.]

...*mior est. Aut respectu operationum ani-* ...*ad quas limatius absolvendas sanguis concur-* ...*spiritumque præbet. Sic alius vitalis, alius ani-* ...*sanguis a P. Abano dicitur: vitalis, qui vi-* ...*animalis, qui sensus adiuvat. Aut respectu* ...*rtionis & harmoniæ, ita alius naturalis, alius* ...*aturalis ab Avicenna traditur. Naturalis,* ...*aturam à morborum incursu tutam ser-* ... *& virium naturalium integritatem munit.* ...*naturalis, qui contracta quacunque labe, a pri-* ...*statu penitus deficit & inficitur; aut qui per* ...*ixtionem mali humoris vim continet naturæ* ...*stam: et sic per illam admixtionem cholericus,* ...*itosus, melancholicus sanguis fit. Vel respectu* ...*rentium qualitatum, ita turbidus, purus, albus,* ...*ens, crassus, tenuis, syncerus, putrescens, spissus,* ...*sus, a medicis nuncupatur. Adeò vt verum sit* ...*d Actuarij, quòd quemadmodum aer nos cir-* ...*ambiens vnus idemque cum sit, si quidem pro-* ... *eius notetur qualitas, privatim tamen multas* ...*ferentias admittit, frigidior, calidior, humidior, (sic* ...*, tenebrosus, lucidus, corruptus, aut tale quicquã* ... *atq; ipse interim cum ista patitur, aer nihilomi-* ... *vocatur, quæque aeris sunt, facit, potestate li-* ... *non æqua. Ad eundem planè modum de sanguine* ...*stro existimandum est, mutationes non dissimiles* ...*cipiente: frigidior, calidior, spissior, tenuior fa-* ...*s, sanguis tamen dicitur: & donec totus de-* ...*rditur, quoad fieri possit, sanguinis officium præ-* ...*re enititur, quamvis multas ratione victus,* ...*mporis, humorum, ætatis, ambientis aeris differ-*

Diff. 31.

Lib. 1. fen. 1 Doct. 4.

14. cap. de spir. anim. nutr.

Melanch. entias habeat. Huic plurimùm nocet melancholia, [...]
humor frigidior & ficcior, sanguini proinde penitus [...]
festus, Saturnū, senectutē, autumnum, terram, plu-
bum imitatus, cuius materia crassior alimenti ex[...]
sanguinis pars, nonnunquam adusta pituita, au[...]
cholera eius esse solet. Causa efficiens temperatio[...]
vt ait Abanus, calor est, vti deficiens pituita, & fla-
Melanch. species. va bilis exuperans. Eius, si natura consilium spe-
ctemus, finis est, illas partes solidiores & terrestre[...]
ne alimenti inopia absumerentur, fovere. Duæ [...]
medicis eius species numerantur: altera natu[...]
mitior & amicior, quæ est fæx, sedimentum, aut fæ-
culenta eluvies sanguinis, fæcibus vini, teste Gal[...]
Lib. 3. de locis affectis cap. 2. no, non dissimilis, cuius color est obscurior, sapor a-
marulentior, substantia spissior, moles gravior, non-
nunquam natura imperante in lienem removetur,
ne nimiùm sanguinem purum inficiat: Nonnunqua[...]
augente impetu, liberius discurrit, & in quocun[...]
Melanch. quales. corpore dominatur, habitum corporis siccum & ma-
cilentum, aspectum inconstantem, tristem, & horri-
dum, pulsum tardum & rarum efficit. Altera est na-
turæ perniciosior, magisq; officit, quæ assato quocun-
que humore orta, furiosa, vt ait Galenus, deliramit[...]
febre nonnunquam concomitante gignit. Distingui-
tur a priori, origine, quia materiam torrenti æstu as[...]
tam & concoctam exigit, causa efficiente, quia ac[...]
lore fit vehementius adurente, effectu, quia pernici[...]
em & cladem affert, & morbos magis exitiale[...]
rationisq; vsum impedientes parit. Addit Galenu[...]
Lib. 3 de locis affect. cap. 3. quòd hæc tenuior sit, & terrā in quam incidit, in bul-
las attollit, radit, & fermentat. Illa non est tam ven[...]

nosa,

…, vtpote naturæ familiarior: hæc atra bilis, illa ma… …cholicus succus a Galeno dicitur. Vtriusq; gu… …m animalia fugiunt, vtriusq; generationem, si fre… …ns sit, Galenus lethalem esse existimat. Illa verò … ex assata flava bile fit, tantò est perniciosior, quã… …bilis sanguine efficacior: & morbi, qui inde oriun… …, humoris prædominantis titulo insigniti, malancho… … appellantur. Aliquando hoc succo suam tyranni… …m exercente, vt ait Fernel: magna fit mentis a… …natio. Vtriusq; ortui convenit iecur frigidum, …strum, hypochondrium distentum, lien obstructus, …s ad frigiditatem vergent, aut ardens fervor, ci… …s crassus & terrenus, mens tristis, & altæ specula… …ni nimis dedita. Vtriusq; purgatio est in fœminis …r menstrua, per hemeroidas in viris, in vtrisq; per …omitiones, varices, & medicamenta. Quando a… …qua pars intestinorum ab hac adusta & atra bile …ditur, insanabile penè illud vulnus est, nisi secari … sanari, vt ait Galenus. Utraq; vberius fluens, …entis aciem obnubilat: naturalis tamen, nativis …erisq; qualitatibus imbuta, à putredine, & adustis …neribus libera & illæsa, Aristotili sapientiæ lima …idebatur, quòd spiritus lucidiores, puriores, & mi…ùs spissos, animæ viribus inservientes, emitteret. Estq; decoctis & liquatis quadrupedum pedibus, (vt …t ille huius seculi philosophorũ Phœbus) simillima: & circa cerebri cellulas pererrans, sese præbet politi & nitidi speculi instar, micantem & splendescentem, vt facilè anima rerum species sine fuco aut fumo ob…latas apprahendat. Non naturalis verò eò atrocius …edit, quò sãguini propinquior est. Pipinus Ludovicũ

Lib. de atra bile.

Ibid.

Lib. 5. Med. vniverſ.

Ante melanch. ortum ardens fervor ineſſe poteſt, poſtea frigus dominabitur.

Lib. de atra bile.

Emilius. patrem citius regno privavit, quò fuit magis domesticus hostis. Septimius civis Romanus & vir Senatorius incautius in percussorum manus incidit, quò domi coniugem magis familiarem veluti proditricem aluerit. Qui hostem in vlnis alit, mortem in vlnis gerit, & morbus in corde, homini cordi esse nō potest. Ab hac igitur atra bile diligētius cavendū est, quò magis sanguini vicina & familiaris est. Nam vt sanguis est mitissimus succus, ita atra bilis pessimus, medium in simplicitate & malignitate reliqui duo obtinent.

Gal. lib. de const. artis med. Pituita. Quorum pituita lunam, hyemem, aquam secuta, aut sapore caret, aut dulcis est, substantiam lentam, colorem album, frigiditatem & humiditatem complectens.

Gal. lib. de nat. facult.

1 Cur pituita admiscetur sanguini. Admiscetur sanguini, vt dum natura limites non præterit, in sanguinem præmente fame, aut idoneo alimento deficiente, caloris opificio & industria mutetur:

2 aut externum quemcunque calorem in verum sanguinem 'agentem compescat & temperet:

3 aut vt ipsa flavæ bili & atræ, veluti domesticis hostibus, cum puro simul sanguine, ne solus melior succus succumberet, sese opponat & reluctetur:

4 aut vt ea emollire possit, quæ in sanguine cōcreta & arida facta cursum sanguinis ad vitæ incolumitatem destinatū coerceant & cohibeant:

5 aut vt eas partes, quæ pituitosæ sunt, & minus cum sanguine conveniunt, melius enutriat. Ista autem pituita, quæ a naturæ consilio desciscit, & veras germanasq; vires amittit, quasdam species, teste Galeno, continet: quæ non mediocrem humani corporis saluti læsionē inferūt, quæq; orto p accidētia discrimine, varijs nominib⁹ insigniūtur, aliquādo serosa, quæ tenuis & fluēs a vertice poc

cultos

s carnis aliarumque partiũ meatus furtim dila r, variosq́; dolores excitat. Hinc dolor dentium, ...pantes, hydrops, & frequẽs catarrhus. Alia craſ ...qua aut vehemẽti calore coquitur, aut intenſo fri- ... in craſſitiem contrahitur, non aliter quàm aquã ...pidam & puram aeris immanitate in glaciẽ con- ...ſcere, aut pluviæ materiã, intercedente maiori fri- ...e in nivem mutari cernimus: Quæ viſceribus ad ...eſcens, vix ſcreatu eijcitur, & aliquando ſpiſſior ...ta, morientium arterias obſtruit, & ſtrãgulat, vn ...noviſſimo vitæ ſpiritu per eam impedito,

Vnde pituitæ dẽſitas.

Omnes eodem cogimur, omnium
Verſatur vrna, ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

Hor. carm. lib. 2.

...lia acida, quæ quãdam cruditatem arguit, & in ijs ...undantior eſt, qui nimiũ gulæ & epulis indulgent, ...uq́; ebrioſo dum genio laſciviunt, perſtrepunt:

Huc vina, & vnguenta, & nimiũ breves
Flores amænæ jube ferri roſæ:
Dum res & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra.

...Alia ſalſa, quæ ideò talis fit, aut quia putreſcit, aut ...uia atræ bilis cineribus & reliquijs admiſcetur, ...uæ ægrotantium linguas circumfluens, omne verum ...e cibis deguſtatis iudicium adimit. Alia vaporoſa, ...piritu plena, quæ evomẽdo, emungendo, ſcreãdo, edu ...itur: qua qui nimis diffluit, parcius cœnet, & ſe fre- ...uẽtius exerceat. Hic enim humor ab interno calore ...acile in ſanguinem tranſit, & ſi nõ ita abſumitur fa- ...ile ab externo calore, putreſcit. Iuxta accidentium

Vnde ſalſa pituita.

vires

vires plures hinc effectus in corporibus reperiuntur. Nam dulcis somnolentos, acida famelicos, salsa sitientes, cruda desides, minúsq; edaces, vt ait Galenus, efficit; & si crassa (inquit Hipp.) in capite diutius manserit, multis doloribus caput afficit. Huic humori contraria est flava bilis, calida & sicca, Martē, astatis igneasq; flammas secuta, cui maximè pituita resistit & reluctatur. Et proindè pituitosi sæpissimè bilem flavam, quasi natura sua inimicam solent evomere. Eius species duæ sunt: Naturalis, quæ est excrementum concocti sanguinis, sapore amarum, igneo colore fulgens, & vt atra bilis est sanguinis fæx, ita flava est eius spuma, potestate siccissima & aridissima, vt ait Galenus: eius substantia est tenuis, aliter in superficie sanguinis non flueret, sed fundum cum atra bile peteret. In ijs copiosius præsertim oritur, qui vel membra principalia calidiora, vel totius corporis statum alieno calore ardentem habent. Dum nō præterit naturæ terminos, tutum cum sanguine consortium habet, aut, vt cholericæ partes nutrirētur, aut, vt per illia permeans, putrescentem pituitā, aliasq; fæces sua acrimonia & mordicatione excitatas abigat, aut suo fervore (teste Avicenna) sanguinem reddat puriorem, cogatq; celerius ad remotos corporis artus penetrare, aut, vt corpus vniversum exuvijs & reliquijs fætidissimis onustum, vel æstu suo exiccet, vel latente quadam vi vellicandi & abstergendi extrudat, aut, vt natura ad sui tutelam, quocunq; impendente periculo iracundè extimuletur. Alia est inimica naturæ, multis nominibus apud medicos notissima, ex admixtione aliena materiæ dicitur vitellina, quando pituita

Lib. de ple. nit. — Lib. 4. de morbis. — Lib. de arte Med. — Vsus bilis flavæ. 1 2 3 4 5

assata, partibus liquidioribus calore exhaustis, adiungitur, æruginosa, quando atra bilis & adusta phlegmati admixta, calore tandem vehementi ver in flavam, a colore dicitur porracea, porro, cærulea cæruleis fluctibus, pallida, luna nebulis impallescenti, flava, vernis quibusdam floribus similis, unde Gal. sciendum est, flavam bilem tantò esse calidiorem pallida, quātò est & crassior. Nam seroso excremento flavæ bili permisto, pallida fieri contingit. Deinde addit, in magna fame, quando caloris acies in corporis humores vertitur, hunc humorem, atrum, cæruleum, planè fuscum fieri, omnes tamen species in summo sanguine eminent, quia leviores separantur sanguine per sanguinis calorem, heterogenea secernentem: fluunt, quia liquidæ, nocent, quia putridæ, nimis calidæ, nimis copiosæ, sanguinem sæpe sequuntur, non aliter quàm effectus materiam, uti videmus in vini novi & ebullientis dolio facem in fundo, in summo spumam. Atque ita natura, hæc quatuor humorum corpora, ut in maiori mundo quatuor elementa,

Lib. 2. de n tur. fac.
Lib. de atr bile.
De simp. Med. facu lib. 10.

Postquam evolvit, cæcoq; exemit acervo,
Dissociata locis concordi pace ligavit.

De ortu & sedibus quatuor humorum.

NON sine dissidio de humorum ortu veteres disseruerunt. Alij enim utramq; bilem, non magis quàm lachrymas, urinam, adipem, nobiscum o riri docuerunt. Primò, quia natura sagacior rerum parens, & imperfectionis inimica, ea nō cudit, quibus lædi, ea non cupit, quibus impediri, ea non molitur, quibus

An quatu humores primi sint in nobis a primo o tu.

Rationes. *bus ad ægritudines & molestias invita cogi possit. V*
1 *de homines gravatè, animoq; reluctante a salutis s*
vitate, & vitæ oblectamentis sese avelli patiunt
& magno studio, desiderio, cura, se vindicar
contendunt à morbis, qui nos ærumnis & anxieta
2 *te conficiunt, contundunt & dilacerant. Deinde, qu*
semen, similare corpus, viscosum, humidum, vitali ca
Lib.14. de usu partiũ. *lore plenum, vt ait Galenus, in nullas particulas, ni*
virium suarũ, vitalisq; vigoris participes, dividitur
& in quibus ille spiritus insignem ad animantium sa
lutem operam impendat. Quumq; atra bilis & pitui
ta nihil de hoc spiritu vivifico participent, sed summ
viribus perniciem & interitum moliuntur: nequ
fieri, vt è semine cum reliquis partibus emanent, au
similem cum alijs membris ex prima genitura ortum
3 *vendicent. Cæterum pituita ex cibis, non è nostro cor*
pore oritur. Galenus lib. 2. de temp. sanguis vbi inca
Gal. *luerit impensius, aut propter putredinem, aut febrem,*
plegmonodem, nigram efficit bilem. lib. 14. de Meth.
med. & cum in infantibus non videmus sanguinem
tantis flammis ebullientem, verisimile est non esse in
illis a primo ortu illam bilem, quæ furiosa eos ad arma
vocet, adeo vt in ipsis pueris

Pers. Sat. 3 Nunc face supposita fervescat sanguis & ira,
Scintillentq; oculi.----

4 *Deinde pituitos⁹ humor ex pituitosis cibis in prima cõ*
coctione, quæ in ventriculo fit, generationẽ habet. Ga
lenus lib. de atra bile. Efficiẽs causa choleræ rubræ est
igneus calor superfluus. Avic. l. 1. fe. 1. do. 4. vnicuiq;
etidẽ parti natura locũ & sedẽ designavit, & pituitos⁹
humor in sanguinẽ verti potest. Quã ob causã nõ est
illi

locus constitutus. Gal. l. de atra bile. Deinde pars
corporis in aliã mutari nõ potest, vt nec os in carnem,
oculus in digitũ. Quo proinde modo (inquiunt) hi
humores invisi naturæ, infesti saluti humanæ à primo
ortu propagari possint? Cæterũ infãtuli, in quibus vera
est innocẽtia, & natura immunis ab omni malo, prorsusq; ab affectionũ illecebris & furore aliena, quorsũ
his humoribus, tanq̃ naturæ impedimentis, tricis, &
morborũ parẽtibus opprimerẽtur, nisi opifex rerũ suos
effectus quã primũ eos ediderit in lucẽ, malis humoribus, tanquã viperis proprio sinu nutritis interficere
vellit? Quod quãto odio natura prosequitur, eius in effectibus cõservandis cura, eius in morbis propellendis 5
industria, ostẽdit. Deniq; Arist. de partibus animaliũ, 6
Gal. de vsu partium, Hipp. de natura humana, nunquam hos tres humores veluti è primo nobiscũ semine ortos statuerunt, sed pro quibusdam exuvijs agnoverunt, vti Aristoteles pituitam appellat. Quibus Lib. 1. de
respondere medici solent, primò naturam odisse humo- hist anim
rum imperfectionem, humores tamen fecisse, & in hu- ca. 1.
mano corpore ad certos vsus reposuisse, non aliter Responsio
quàm oculos monstri detortos, & faciem deformem
Non proponit natura, faciem tamen & oculos componit. Humor nõ est causa ægritudinum, sed humor à
nativa virtute & proportione deficiens. Natura igitur ex semine hos succos derivavit, sed tales qui
digni videri possint Naturæ opere, suam temperiem & inter se harmoniam habentes, vt nullo modo morborum sævitiam, nisi violenter mutati, ingerant. Deinde similare corpus in partes dissimilares, quam diu manet integrum, non dividitur,
corruptum

corruptum dividitur: vt aër in partes nō aereas no distribuitur, sed per aëris corruptionē, ignis calore, frigore agente aqua fit: iuxta illud Aristotelis, Elementa ex eo oriuntur, quod alia in alia se mutent: ita etiam ex dissimilaribus integris non fit vnum corpus similare, at quando corrumpuntur, vnum aliquando similare ex illis efficitur: vti videmus in pyropo. Nā elementa inter se diversa, quando corrumpuntur, vnus fit pyropus, cuius partes singulæ cū toto nomine, & inter se proprietatibus conveniunt. Ex semine igitur, dum semen manet integrum, dissimilaria non fiunt, corruptio quando intercedit, partium & humorum distinctio apparet. Ex aqua putrefacta fit terra nullius luminis capax, quamvis aqua fuerit diaphona. E vivo corpore, vbi fuit vitalis calor, fit cadaver, in quo nullius vitalis tepor inest. Quid proinde impedit quo minus è semine humores oriantur, qui carere possint accidentibus seminis? Quemadmodū & aliæ substātiæ, quæ partes sunt, vt ossa, & tendones, in quibus nō est eadē cū semine virtus. In illis deniq; locis, quot veluti nubila & caligines, quibus imperitiores cæcutiant, adducunt, humores non naturales, deficientes à priscis viribus, violēto impetu lædentes humana corpora intelligūtur. Nihilq; aliud ab ijs affertur, nisi densa, ficta tamen, testium nubes, quæ nos imprudentes, dolose, & impudenter irretiant. Sed

Nunquam nos fallant animi sub vulpe latētes.

Alia fuit opinio eorum, qui è sanguine primo quatuor humores, ex his omnes corporis partes affabrè & artificiosè effingi docuerunt, quia quarundam partium natura non cum semine, sed cū his humoribus potius con-

[Margin notes: Lib.1. met. cap.3. / Lib.2. de ort. & inter. cap.2. / De arte poet. / An humores sint reliquis partibus priores. / 1 / 2]

entũt. Nã caro sanguini, pituita cerebrum, ossa Rationes.
rvi melancholiæ magis quàm semini assimilan- 2
Deinde iisdem animalia nutriuntur, quibus ori-
r: quumq; Galenus multas partes melancholico
o & pituita ali asseruerit, Quorsum, inquiunt, in
humores mutari seminis substantiã non credere-
Præterea Hipp. cuius fides in medicina parẽtũ 3
orum, & nostros cursus & studia veluti antiqui
s & posterorum cynosura, sine vllo erroris ambitu
enus gubernavit, se in fœtu olim indigesto è fa-
e vtero fortuito elapso, semen in rubicundum &
rmem humorem conversum vidisse confitetur:
uo primordia quatuor humorum veluti rudimẽ- Gal. lib. 2. de elem.
culta & indigesta videbãtur. Addunt, quòd non 4
ter extrema, nisi per media, aliquis transitus, &
n semen liquidum quiddam sit, caro durior, san-
inter vtrumque medius. De ossibus, nervis, ve-
dem dicendum est, quæ magis ad melancholiæ du
m, quàm molliciem seminis accedunt. Dum cõ-
uris in ambiguis dirigimur, semen primo in hu-
es transmutari putandum est. Ab his non mul-
recedendum esse censeo, modò humores à primo
in nobis delituisse, & è semine duxisse origmem
mus. Nam cor ipsum ex concreto sanguine for-
um, medulla in novellis animantibus cruda, &
enta, caro, vt ait Gal. planè sanguinea præcessisse Lib. 2. de elemen.
uinem testantur. Et vbi cor primò formari ab
ristotele dicitur, verum est cor primò inter
ratas partes, quales illos humores esse negamus,
xtitisse & vixisse. Addo medicorum calculos,
uis est generationis nostræ materia, ex quatuor
F humo-

Gal. *humoribus constans, ex quo primam in vtero con-*
tutionem accipimus. Gal. lib. 8. de placit. Pla. & H
Hæc (inquit Hip. de humoribus loquens) congeni-
sunt: quo modo enim congenita non essent? Prim-
um manifestum est hominem in se ipso hæc omnia s-
per habere, donec vixerit: Deindè, nota sunt hæc
homine hæc omnia habente: postea nutrita sunt h-
Hip. *omnia in homine. Hip. lib. de natura hominis. Qu-*
tuor sunt genera, ex quibus compactum est huma-
corpus. Horum præter naturam redũdãtia, & def-
ctus, & è regione propria in alienam discessus, sediti-
nes & morbos efficiunt. Plato in Timæo. Frigidit-
Plat. *siccitas, caliditas & humiditas sunt materia corp-*
Arist. *rum. Arist. lib. 2. de partibus animalium, cap. 1. P-*
has qualitates subiecta & materiam intelligit, vn-
membra humani corporis conflantur. Sperma co-
stat ex quatuor humoribus. Avic. lib. 1. fen. 1. do-
4. Caninus ille Diogenes mordax, & mendax, cui
adhuc cæci posteri & bardi nõnunquam obstrepũt
Cicer. lib. 2. de divi. *oblatrant, concessit Astrologis, vt aliquid possint pr-*
dicere, duntaxat qualis quisque natura, & ad qu-
quisque maximè rem aptus futurus sit. At hi me-
lancholiam Saturno, sanguinem Iovi, flavam bile-
Marte dominante secerni docuerunt, vt Ptol. lib.
quadrip. & Guido, astro. parte 5. Quoniam cum te-
nellis viminibus mollis cortex, cum implumi vol-
crum fœtu flexile rostrum, cum pullis equinis dob-
les vnguli, cum tenera piscium progenie tenu-
pinnæ formantur, & in homine similiter cuticula, o-
cula, & alia excrementitia, nascuntur. Quorsu-
humores, quorum maior est vsus, vires maiore-

mai-

...ior perfectio, è semine simul cum reliquis partibus ...tos & propagatos non arbitremur? Quorsum philo...sophi melancholiam aliam naturalem, aliam naturæ ...micam dicerent, si nullam natura in corporibus ...locarit?

...on est hic longo tempus sermone trahendũ. Homer.
---nugæ seria ducant. Hor.

...umores molles & mobiles, tenues, & aliquando te...ces, prima de semine rudimenta habuerunt, lati...nt obscurè in corporis mole, menstrui sordibus adhuc ...pressi, & natura suas vires paulatim exercente, ...anifestius apparent, per concoctionem habent in...rementa, fellis & splenis meandri & latebræ a pri...mo natali componuntur, vt in hæc, veluti latibula, do...ec natura has exuvias vicerit, secedant. Si in his ...asculis nullus continebitur succus, ossa concava ...ne medullis, venas sine sanguine, nervos sine ...piritu, & in quibusdam etiam Philosophis (qua...s hi sunt) calvam esse extructam sine cerebro fa...ile dixerim. Num sint reliquis membris pri...res non contendimus. Deus novit, qui fecit, quique

Vnus rerum pater est, Boetius. Metr. 6. lib. 3.
Vnus qui cuncta ministrat.

Quiq;

---Cuncta superno Metr. 9. li. 3
Ducit ab exemplo, pulchrũ pulcherrimus ipse
Mundũ mente gerẽs, similiq; imagine formãs.

Qualis fuerit humorũ scaturigo, & vnde, hactenus di...ximus. De sedibus cõtẽplatio sequitur. Lingua dẽtibus veluti præsidijs intus circũsepta, naturæ oratorẽ, qui eius planctus & querelas ornatè exprimeret: oculi

 per

per rotunditatem volubiles, & in summa humani corporis arce collocati naturæ exploratores; aures aditu devio & labyrinthico, naturæ delatores agunt, non tales, quales Tacitus publico exitio ali, & pænis nunquam satis coercitos meminit, qualesq; christiana respublicæ nimium hodierno die sentiunt: sed tales, qui nascuntur ad nostri tutelam & incolumitatem. Nec sævo Neroni, nec scelerato Tiberio laniena occasionē præbēt. Habent eodem modo suos locos humores, & sua officia, ad quæ accuratè præstanda necessitate quadam adiguntur. Sanguis in venis veluti naturæ nectar inclusus, ipsam animam vt hospitē, tamen divinam, tāquam in diversoriū, tamen putridū, quo aliquandiu commoretur, blandissimè excipit. Et ideo, vt Arist. ait, anima deficit, quando multum sanguinis effluit, quādo nimium, vita interit. In fellis & lienis vesicas flava bilis & atra ab ipso sanguine separatæ detruduntur, vnde illud Galeni; Quemadmodū in ferventi musto duo provenire excrementa cernimus, alterum aereum & levius, quod florem vocamus, alterum gravius & magis terreum, quod appellamus fæcem: sic in sanguine excrementa gignuntur duo, quæ illis proportione respondeant: alterū tenue & humidum, quod flava bilis dicitur, & in fellis vesicam excipitur. Alterum fæculentum, quod veteres atrum succum appellāt, quodq; lien ad se attrahit. Pituita sedem sibi cum sanguine communem vendicat, iuxta illud Gal. Quod pituitam expurget natura nullum instrumentum condidit, propterea quòd frigida & humida sit, ac veluti ex dimidio concoctum nutrimentum. Ardenter igitur

Lib.4.anal.

Lib.3. de hist. anima.cap.19.

Lib.2.de nat.facul.

Non aliter in rep.illi non sunt penitus abnegandi & respiciendi in quibus aliqua spes boni affulget.

In fine.2. lib. de fac. nat.

ritur talis succus non eijci, sed in corpore manens concoqui cupit. Ambiguè tamen & variè de humorum sedibus veteres disputarunt. Nam Galenus humores omnes cum sanguine in venis inesse docuit. Vbi locorum distinctiones? Cor vnum sanguinis esse receptaculum Aristoteles perhibet. Vbi venarum concavitates? Cor sanguini, caput pituitæ, aquæ splenem, bilis hepatis foliculos Hipocrates destinavit. Vbi sanguinis & pituitæ communis locus? Sanguinis plurimū inquit Arist. ex cæteris membris, pulmo continet. Vbi venæ, vnicum sanguinis latibulum? Effluit sanguis quamcunq; partem inciderjs carnis veræ & incorruptæ, inquit Aristoteles. Vbi designati & diversi humorū recessus? Melācholia est fax in fundo, flava bilis in summo sanguinis fluctuans. Vbi separatio humorum? Cruentum sudorem Christus affixus Iudæorum torturis, & pro natura humana peccatrice, & mortis serva, immortalitatis coronam demeritus, sanguineum sudorem effudit. In poris proindè, qui sunt sudoris viæ & exitus, sanguis delituit. Vbi certa humorum receptacula? Sāguis arteriarum subtilior est & vaporosior, inquit Gal. & iterum natutaliter arteria sanguinē continēt, quo pacto proinde illud verū est Arist? sāguis in nullo alio, nisi in corde, præter venas, continetur. Sic

---Discordia demens
Intravit medicos doctosq; ad bella coegit.

Hac conglobata & densa testium acie tenelli quidam Academici facilè possint obstupescere, et medicos vti incertæ fidei & professionis reos redarguere. At qua debeo brevitate, quo possim acumine,

An certæ sint humorum sedes
Lib. de atra bile.
Arist. lib. de partib. animal. cap. 5
Hip. lib. de morbis.
Lib. de hist. animal. cap. 17.
Lib. 3. de hist. anim. cap. 19.
Lib. 3. de vsu partium.
Lib. 3. de hist. anim. cap. 19.

eumine occuram singulis. Humores in semine, in chilo, in venis, in hepate, in cibo, in corde, in pulmone, confusi, distincti & discreti esse possunt; et suos tamen proprios agellos, quos privatim occupabunt, perfluent, & irrigabunt. In semine sunt, tanquam in primo fonte, è quo cœlorum influentia, materni vteri viribus, & innati caloris artificio, humores, & solida partes secernuntur. Hinc illud Hip. humores quatuor sunt materia humanæ generationi, (materia) quasi primò semẽ in illos cõversũ esse putet. Et iterum inquit, Bilis & pituita cum nascentibus gignuntur, aut plus aut minus. In chilo sunt, quia alimentum dentibus in ore attritum, in stomachum illabitur, ibi in massam rudem & indigestam convertitur, in se permistos humores omnes, quamvis non æqualiter, continet. Non aliter, quàm in fodinis glebas semicrudas, ex argento vivo, plumbo, orichalco, aliisq; facibus, sine discrimine concretas, cernimus, quæ fornacis æstu postea separantur. Similiter in alveari bus favus, cæra, fax, liquidum & purum mel in cessu fistulari salutaris succus cũ feculẽtis sordibus nonnũq; permiscetur. In cibo sunt, quia prima humorũ, qui per nutritionem adduntur, rudimẽta, & veluti seminaria assidua ciborũ mutatione fiunt: nõ aliter quàm ex humore terrestri, viscoso, temperato, calefacto, cortex, filtex, caudex, folia, frondes, & integræ altaq; quadam plãtæ post varias mutationes, teste Theophrasto, pullulascere solẽt. Tamẽ dissimiliter hinc humores emanãt secundum alimenti proprietatem. Non secus ac ex spuma piscium gemmæ, nõ animalia: ex serpẽtis succo smaragdus, non planta, & fit, & augescit. Mutatio enim

Humores sunt in semine.

Hip. lib. de morb.

Humores sunt in chilo.

Exempla.

De hist. plant. lib. 3.

...um alimenti non tantùm qualitatem rei mutata, ...d mutantis vim respicit. Sic os in canibus trãsit ... salutarem succum, sic ferrum in struthionis ...omacho in carnem, aut occultis partium proprieta...bus, aut vi solius caloris mutatur. Hinc Ga...nus restaurationem tantum intelligẽs, humores ci...rũ interuẽtu procreari asserit. Sunt in venis, quia ...nguis vix possit esse tam purus, quin spumam, quin ...cem habeat: vti nec philomela, quamvis dulcis, si... suo felle, nec Penelope, quamvis casta, sine mensi...us, nec cygnus, quamvis nitidus, sine nigredine pedũ, ...c cœlum, quãvis aeternũ, sine malicia Saturni, nec ...e serpente paradisus fuit, quamvis locus gaudij. Hinc illud Galeni, humores omnes vnà cum sangui...e in venis continentur. Qui si naturali temperie ...radita sint, habent vim, vt ait Valeriola, nutriendi ...artes sibi similes, fœces putridas expellendi, & ...ctiones partium excitandi, quando quadam vi oc...ulta vasa distendunt, aut contrahunt; sicuti max...me solet atra bilis. Hinc fit, quòd quandocunq; hi ...umores rebelles veluti fiunt, & de sanguinis exitio ...ogitant, proprius sãguinis tepor & blanda temperi... mutatur, multa fiunt corporis alienæ affectiones & peregrinæ: nõ aliter quàm in terra infecũdis hu...oribus nimiùm madescẽte,

Vnde alimenti conversio in partes dissimilares. Gal. lib. 8. de pla. Hip. & Plat.

Lib. de atra bile.

—-Segnis horrebit in arvis
Carduus, intereũt segetes, subit aspera sylva,
Lappaq; tribuliq; interq; nitentia culta
Infœlix loliũ, & steriles dominãtur avenæ.

Et, vt agricolæ fimo & calce, quando frigidus, a...enis, quando nimis tenuis, frequẽti exaratione, quan-

Agricolarũ labores.

quando nimis reconditus aut consopitus, exusti
terram tractant, quando oppilatis poris bonus hum
in terra suffocatus & impeditus est: ita medici ad
ugendos balnea, ad excitandos frictiones, ad expu
gandos pharmaca & venæ sectiones, ad exiccand
calida fomenta, ad moderandos malos humores su
cataplasmata admovēt. Sāguis est in corde & iecin
re tanquam in transitu, & vero ad suas cloacas m
nere, aut tāquam in officinis, in quibus alimento ex
ctius concocto, fit humorum quædam secretio. Nam,
vt ait Cicero, ex intestinis & alvo secretus est quidam a reliquo cibo succus, qui a medio intestino per venas portas ad iecur permeat, quod calidius est & magis igneum, ad fel, quod faculentius est & magis atrum illinc descendit ad lienem; quod purius est & rubens, per venam cavam confectum & coactum perlabitur, & quo fert natura leniter fluit. Sed hic succus non est tam defecatus, quin secum, vt supra diximus, suas sordes ferat, simulque cum ijs in corporis partes destribuitur per venas, quæ cebra & multa toto corpore intexta, vim quandam artificiosi operis testantur. Sanguis est in poris, carneisque partibus, qui ex venis exugitur, quique serius in carnem conversus, in poris latitat, vnde sanguineus sudor efficitur, semperque hic succus inclusam intra venas liquorem imitatur, & quamvis purus aliquando sit, vis commutatrix in carne eum nonnunquam in pravam substantiam vertit. Non aliter quam purus sangui dilabens in vlcera, transit in saniem, panis saluberrimus in soricibus in venenum, insipidus terræ succus

Medicorum ars.

Lib. 2. de natura Deorum.

Vnde sanguineus sudor.

in

vitibus in dulces vuas, & in mandragora, per ab-
[illegible]tam proprietatem in exitiale virus mutatur.
Pulmo sanguinem continet, sed philosophus rationem
[illegible]texit, quippe tam fungosus sit & inanis, &
[illegible]vulos venæ maioris singulis fistulis excipit. In
[illegible]pite sanguis est, quia ibi venæ sunt, & purissimus
[illegible]st, non per calorem eventilatus, sed per meatuum
[illegible]ngustias decolatus. Denique distincta humori-
[illegible]us sedes distinantur. Non quod ibi tantum aut
semper immorentur, sed quia aut solæ illæ partes sunt, Quo mo[illegible] esse disti[illegible]ctas hum[illegible]rum sede[illegible] dicendũe[illegible]
[illegible]uæ hos ad se humores proprie attrahant: aut quia 1
[illegible]n illis virtus insit cibum in humores huiusmodi con- 2
vertendi: aut quia hæ partes his præsertim humori- 3
[illegible]us nutriantur: aut quia in his singulis humores præ- 4
[illegible]ipuam vim obtineant aut quia natura inimicos su- 5
[illegible]s vltra modum invalescentes, in cæcas fellis & lie-
[illegible]nis latebras, vt in exilium relegârit, & cum sanguine
[illegible]ituitã, quia mitiores succi illi sunt, liberius fluere pa
[illegible]itur. Quodcunque tandem naturæ consilium sit,
certum illud est Galeni, humores aliquando puri-
[illegible]res, aliquando ad invicem mixtos fluere: Nec
sic locis suis adhærescere, quin vltra modum crescen-
tes egredi & expatiari possint.

CAP. IIII.

De causis incrementi, decrementi, & mutationum in humoribus.

IN finibus & extremis reipub. terminis principes non solent armamentaria, ærarium, munimenta reponere, sed circa regionis vmbelicum & centrum,

vt

vt cives benè armati, inde ad repellendos publicæ salutis hostes agminatim exeant, & per itenerum intervalla consultiùs de inimicis prosternendis cogitent & deliberent. Non aliter naturæ ærariū, in quo omnes vires, & veluti arma naturæ collocantur, cor nimirum, in medio pectore fixum dicitur, quo sanguis vero calore, tanquam militari tegmine munitus, & armatus, ægritudines in extimis partibus, vt hostes, profliget. Deinde Arist. impuros advenas, quos nec virtutis amor, nec legum repagula continere in officio possint, longiùs a civitatis muro arceri præcipit, ne cives malis moribus inficerent, ne homines incautos ad proditionem accenderent, ne cum civibus familiarius de rebus alienis cōmunicent, ne inter veros incolas vberior quàm debeat esse, sit eorum propagatio. Ita periti medici consulunt, vt diligentissimè caveamus, ne intra nostræ vrbeculæ cives, peregrini & advenæ, hoc est, humores adventitij, auctiones & incrementa contra naturæ leges sortiātur, aut liberè cū veris & nativis naturæ civibus, hoc est, humoribus temperatis, ad salutis vsq; proditionem communicent. Proinde humorū incrementa, decremēta, mutationes tractabimus, vt faciliùs pateat, qui sint humores, qui naturam infestant & insectantur, quique fovent & indulgentius alunt. Humores enim quando qualitate & quantitate non deponunt naturæ stateram & gradum, omnes vtiles sunt: quando in alterutra deflectunt a debito cursu, omnes noxij & inutiles fiunt. Incrementi causa sunt, aut externæ, aut internæ. Internæ, vt corporis conditio: externæ, vt cæli influentia, alimentorum natura, ambientis aeris

[Margin notes: ...lit. 7. / 1 / ...ur adve... / ...non / ...t admit... / ...ndi ad / ...ietatem / ...rium. / 2 / 3 / 4 / ...usæ in... / ...ementi.]

aeris affectio. Si corpus spectemus, statum temperatum, mediocrem hepatis calorem, adolescentiam, rationem vivendi temperatam, conditionem vitæ liberam, curis, procellis, doloribus vacuam: Si cœlum, Iovis beneficos & vivificos radios, Veneris amabile sydus, & stellas quotidie a noctis nona, ad tertiam diei, & per integrum ver verè, et immaculose influentes: Si alimenta, optimum lac, gallinas, phasianos, panem bene fermentatum, vinum rubens, & subcrassum, coturnices, perdices, columbas, turtures: Si ambientem aerem consideremus, clarum sine nebulis, constantem sine mutatione, moderatè tepidum sine vehementi æstu, sanguinis causas esse dicimus. Qui quidem sanguis horum defectu, aut calore nativo evanescente, aut malorum humorum incremētis paulatim decrescit: quique, vt ait Galenus, minuatur ocio, quia putridus, humido victu, quia liquidior, ira, quia adustus fit, æstu aeris, quia purior eius pars exhauritur, frictione & exercitatione nimia, quia humores alij per motum cum eo miscentur: aut ipse absumitur medicamentis & alimentis calidioribus, quia in bilem flavam transit, meraciori & antiquiori vino, quia nimium incalescit: magnis denique curis, vigilijs, speculationibus, quia spiritibus absumtis, frigidior & aridior efficitur. Et ita reliqui succi, modò naturales sint, sanguine crescente vberius fluunt, decrescente imminuuntur & mutantur. Sanguis verò inter primarios humores tardissimè augescit, aut quia humana natura raro perfectè sanguinea, involuta men-

Causæ quibus augescit sanguis.

Lib. de ple nit.

Sanguis decrescit

1 2 3 4 5 6 7 8

Rationes [...]ur sanguis [...]ardius [...]ngeatur. menstrui sordibus nequit ad succum sibi similem generandum sese attollere & erigere: aut quia
volucres, segetes, animantia, liquores, hominum alimenta, a prisca temperie degenerârint: aut quia
2 appetitus procax, & in vetitum ruens, ea sæpius
3 præoptet, quæ malignos humores & exitiales gignunt: aut quia multis diversis humoribus sanguis
4 circumcingitur, ita vt facilius a multis vinci quàm solus multos, alienos, fortes vincere possit: aut
5 quia intemperantior est apud nos vivendi ratio & consuetudo, vt quicquam magis cupiamus, quàm abhorrentes a gulonum, epicureorum, adulterorum turpitudine, & scelere, moderatam vitam degere: vt crebrius augeatur sanguinis succus, quo deficiente

[...]orat. sat.

—-Festinat decurrere velox
Flosculus, angustæ miseræq; brevissima vitæ
Portio, dũ bibim⁹, dũ serta, vnguẽta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Quando enim libidini indulgemus, emisso semine, natura ad novum parandum sese accingit. Nam non patitur suas actiones materia inopia impediri, & tum converso in sanguinem impetu, quò frequentior fit seminis ortus, eò maior sanguinis iactura est. Eodem modo absumptis per curas vigiliasque spiritibus, fit eorum e sanguine restauratio, donec sanguinis interitu, natura impallescens & ægra, a laboribus aliquantulum ociari & respirare cogitur. In epulonibus & ebriosis per concursum ciborum, qui heluanum more hauriuntur citius, quàm possint digeri, vis languidior facta

&

r oppressa, ab opere desistit, priusquã ad puri sangui-
is limam pervenire possit, & sic non naturales hu-
ores abundantius & uberius scaturiunt, qui ut à
nguine quoad fieri possit seperarentur, novaculas
enis medici admovent, quamvis olim in militari
isciplina pigræ mentis indicium fuerit venarum se-
ionem admittere; quia non tam pœna, quam medi-
ina videbatur, præsertim pro ijs, qui luxuriosius vix
rint. Atra bilis, præsertim dum de novo domina-
u cogitat, habet sua momenta, tempora, influxus,
ausas, quibus occultè augescit. Nã autumnus, tẽ-
us, à diei tertia, ad noctis nonam constitutio frigida,
& sicca quæ non tam exactè digerit, ardentes febres,
anis ater, caro bubula, caprina, hircina, taurina, le-
orina, thynni, balenæ, cochleæ, lentiscus, terebinthus,
ogitationes assiduæ & vehementes, regio torrida,
uia ibi externus calor succos meliores ad cutem, re-
cto immobiliori fæce evocat, evocatos devorat, case-
s vetustus, vinum crassum & nigrum, tacitæ me-
ancholiæ incrementa adhibent. Incrementi indicia
unt macies, quia non potest caro sanguine nutriri,
enæ turgidæ & eminentes, non per copiã boni humo-
is, sed quia exigua caro est, sub qua sepelirentur ve-
æ, durities, quia qualis est succus nutriens, talis erit
utrita pars, graves capitis dolores, utpote humor
ocivus cerebrum aggreditur, in struendis insidijs do-
us, in amicitiæ fœdere perfidia, in bello pusillanimitas,
rebus gerendis cunctatio, & morositas. Sic enim so-
nt humores in animam nonnunquam agere, ut po-
ea dicemus. Pituita quando frigidior & copiosior est,
uàm natura postulat, non solum venas, ubi sanguis,

sed

Gellius lib. 10. cap. 1.

Oriba. lib. 4. Symp.

Cur in locis calidioribus melancholici sint.

Indicia quibus melancholiæ incrementũ cognoscitur.

Quibus modis pituita crescit.

sed alias partes violento impetu occupat, & veris voluti possessoribus vi extrusis, pleraq; membra, tanquam suæ tyrannidis domicilia, possidet, & in plenilunio, hyeme, à nona diei, ad tertiam, in statu corporis frigido & humido, vita magis otiosa, vt ait Aetius, habreis post cibum, nerveis animalium particulis, cerebro, pulmone, spinali medulla, glandulis, carne agnina, malis immaturis, regionibus & locis humidioribus & frigidis vberrimè excrescit, & nonnunquā circa viscera, in concoctionis instrumentis & sedibus, aut quia a cerebro deorsum proruit, aut quia ex ventriculi & intestinorum nutritione, vt peculiare excrementum succrescit, aut quia ex multa ingluvie, & glutinosis cibis magnus fit cruditatum proventus. Nonnunquam circa cerebrum, quando aut aeris natura frigidior est, aut substantia cerebri nimis algescit. Tum enim vapores à stomacho ascendentes, circa cerebri cellulas, (non aliter quàm pluviosus aer frigidam laminam, aut vitrum feriens, in aqueas guttulas transit) agente frigore in catarrhum alterantur. Hinc fluxiones & lathales exulcerationes. Unde

Aetius tetr. 3. ser. 4.

Fernel. lib. 2. de Meth. Med.

Vnde humorum circa cerebrū copia.

Hor. lib. 2.

Crescit indulgens sibi dirus Hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus alto
Corpore languor.

Signa pituitæ augescentis.

Signa quibus pituitam nimium augescentem dignoscimus, sunt tumor sublaxus, digitorum impressioni molliter cedens, dolores variè mutabiles, languor & stupor, emoriens & torpescens appetitus, socordia,

&

& humida per integrum corpus eluvies, ad venerem tarditas, & ingrata segnities. Contrario ferè modo flava bilis augescit. Nam calor fervens & immodicus, venarum & arteriarum calida & sicca constitutio, æstivi temporis vehementia, adustæ partes alimentorum, salsa, amara, furentia, mel, & dulce vinum, vt ait Orib. angor mentis, inedia: tum enim caloris vis in sanguinem acuitur. Exercitationes crebræ & vehementiores, sitis sunt incrementi causa. Signa sunt, vt ait Aetius, calor cutis igneus, lotia subfulva: addit Galenus ventriculi edaces & varios morsus, sudorem flavum in strigili, præcipitem animi impetum, & inconsideratum furorem. At in nullis hominibus de hoc humore, aut de alijs quibuscunque certum esse indicium & coniectura possunt, nisi ex plurium signorum concursu & frequentia. Nam ostrea, si extima spectemus (inquit Gal.) siccitatem habent, si interiora, summam humiditatẽ pollicentur. Sanguinei nonnunquam macilenti sunt, quamvis intus vividum purumque sanguinem contineant, nec vllis coniecturis adducerer, vt certis horis, & anni temporibus distincta & diversa esse humorum incrementa putem, nisi hoc communis veterum applausus & astrologorum consensus approbet. Nam si planetarum influentiam intueremur, combustiones, exaltationes, oppositiones, trini aspectus, coniunctiones, gradus tenebrosi, lucidi, planetæ orientales, occidentales, in angulis cadentes, quotidiè cæli vires & influxum mutant: nec potest fieri, vt ijsdem horis idem humor, sine eadem cœlorum potentia

Gal.lib.[...] de temp[...] Oriba. li[...] symp.

Aetius tetr.3.ser[...]

An certu[...] esse possi[...] de hum. c[...] copia iu[...] cium.

An desti[...] natæ sin[...] horæ hu[...] morum i[...] crement[...]

&

2 & influxu augeretur. Deinde diei Iovis octavam Iupiter, diei Saturni eandem horam Saturnus regit, iisdem horis diversæ planetarum vires regnant, qui fit eiusdem humoris incrementum? Nam Iovi sanguis, Saturno atrabilis ascribitur.
3 Tertiò, nō sunt distinctæ concoctionis horæ, aut momenta. Debiliores enim sunt quorundam vires, & tardius digerunt. Struthionis & leonum filij, hoc est, quorum circa pectora est ardens flāma, & calor, citissimè concoquens, iis horis, quibus infirmi secundam concoctionem incipiunt, perficiunt vltimam. Nec possunt esse cuiusq; humoris designata in omnibus tempora, nisi eadem
4 sint in omnibus concoquendi tempora. Cæterùm quando hyberno frigore & glacie omnia constringuntur, calor intus retrocedit ad fontem vitæ, partes purpureo colore & rubore orbatæ & destitutæ, rigescunt, pallor in ore sedet, & in membris stupor: quando aër nive & grandine horridior fit, & venit ingrata floribus hyems, melior est concoctio, proinde purioris sanguinis origo. Nec erit vernum illud tempus, quo sanguis purior vberiùs fluit. At sine vlla circuitione ad exinanitiones transeo. Quoties hi humores audacius vitæ arcem feriunt, aut corporis hostiliter fines aggrediuntur, si ad cuticulam effluunt,
1 partim sine læsione continui, per sudorem, balnea, &
2 inunctiones evocantur: partim cum continui læsione per venæ sectiones concurbitutas, incisiones edu-
3 cuntur; intus dum irruunt, pharmaca propinantur, quibus sursum per vomitum, aut deorsum per naturalem exitum expelluntur. Hinc medicorū purgationes, clysteres, provocatio vrinæ, mensium, hæmerhoidum,

[Margin: ...yberno ...mpore ...r melior ...ncoctio.]
[Margin: ...inantio...s modi.]

1

m, ortum habuerunt. Medicinæ enim sive simplices, sive compositæ, vitiosos succos statum corporis mutantes, admirabili vi & virtute egerunt & eunt: Aut quia vasculorum retinacula & ligamẽ- solvuntur, vt sponte humores exeant, & per naturales meatus exeant. Aut quia concreti prius ocio, sive causis succi, medicamẽtorum viribus tenuiores facti, (vt videmus in aqua subditis ignibus ebulli-) angescunt, adaucti exundant, & deserentes alos pristinos, & canalium ripas facile egrediuntur, vi viam faciunt. Aut quia medicamentorum lor disgregat humores dissimiles, adeo vt sanguis a- m humoris tyrannidae tandem liberatus, arca- & occulto quodam impetu a se propellit, fugat, sequitur, & cogit, vt quo possint impetu, e corpo- finibus, tanquam clandestinarij rebelles, fugam aturent & adornent. Aut quia ipsa insita natu- vis munita medicinæ viribus & excitata, ner- sius reluctando, nocumenti causas tandem supe- . Aut quia latentes & occultæ medicamen- um vires, quod magis crederem, sive per sym- thian attrahunt in ventriculum, sive per anti- thian, dum per venas pererrant, expellunt, sive contrarias vires succos absumunt: non aliter àm aquilarum pennæ pennas aliarum avicu- um erodunt. Magnes ferrum attrahit; heneis piscis plenis velis properantes & fluctuan- naviculas sistit, cursumquè cohibet; Serpentes ni umbram non ferunt; nec humanus spiritus ablephæ aspectum: nec rosa suaviter redolens minarum menses: nec agaricum pituita: nec atra

Qua ratione medicina humores egerit.

1 2 3 4 5

Quibus modis agunt medicinæ.

 tra

Francast. li. de anty. & symp.

tra bilis sennam calore eius faeces dissipantem: nec c
siam sordes digerentē flava bilis sustinet: sic per inim
corum lites in humani corporis Repububica mag
salutis & pacis spes affulget. Humores vero m

Quibus modis humorum mutationes fiunt.

tari solent nonnunquam a se invicem, quandoc
què versa in sese suarum virium acerbitate &
crimonia decertant, & vt victoria inclinat, affi
1 untur. Ita sanguis flava bilis amaritudinem, p
2 tuita melancholiæ stupiditatem induit. Aliquan
per rei externæ vehementiam attenuatur, vnde s
rosa pituita in membrorum articulos sævè &
trociter influit. Aliquando calore concoquente,
3 puriores partes absumente, humores, qui tenues a
te extiterunt, in spissam & densam quandam m
lem contrahuntur, & angustius in spacium coact
4 colliguntur. Aliquando per partium occult
vires, dum passim discurrunt, et in partes inte
cutaneas insinuant, talem temperiem tandem a
quuntur, vt naturæ tam infesti & mortiferi esse d
5 sinant. Aliquādo corporis agitatione, oleis, balneis, f
mentis, crassi attenuātur, vt per sudorem exeant
crudi concoquuntur, vt non fluant tam liber
aut tam mortiferè noceant. Aliter crud
(teste Galeno) solent putrescere, non secus ac e

Lib. de Euchy. & Cacochy.

6 quæ callidis in locis diutius manent. Aliquan
per comixtionem cum cineritijs reliquijs salsi f
unt, vt aqua marina, & vrina, & ita cum diver
materia commixti, disimili colore tinguntur: vnde v
tellina & æruginosa bilis. Aliquando per putred
7 nem infecti, fœtidos odores emittunt, spiritusque ve
nenosos, quales illi solent eructare, quorum cerebrū

tem-

tempora, aut stomachum putris humorum eluvies & lutidum chaos circumfluit. Aliquando ratione 8
ambientis aeris calidioris vel frigidioris facti, eorum affectiones concidunt: ita pituitosum corpus flante borea, agilius evadit, quia aer subtilius & acutius penetrans, meatus laxiores reddit, fumos dispellit, humorum partes disiungit, disiunctas eventilat: ita tristius magisq; languidum & desidiosum corpus fit, quia austro turbidiori afflante, aer adimplet meatus, vapores tenuiores natura cogente exituri retrocedunt, & in corporis viscera reverberantur, fusius per errantes à cerebro, frigore in aqueas stillas conversi, obliquo descensu, quo ferunt pori & caeca corporis itinera, dilabuntur. Nam si aeris frigus aquam crassam, & lutum in glaciem & gelu convertit, si vapores suis in latibulis, dũ partes terrae gelidiores, & à solis radijs liberiores, feriunt, fontium scaturigines fiunt: multò citius humores, quò sunt tenuiores, premente aeris immanitate, intus in corpore, nonnunquã veluti glaciem & concretionem patiuntur. Aliquando occultam vim veneni humores tam naturales, quàm à naturae statera alieni imbibunt: idq; aut ab humore, sive spiritu venenoso, vt in lue venerea: aut cum aer inficitur, vnde miserè humanum genus, accensis intus flammis & pestilentiali morbo saepissimè & saevissimè affligitur. Quae mala sanare nesciunt, qui aeris infectiones nesciunt.

Similitudo

9

1

Humores inficiũtur.

2

CAP. V.

De aere venenato, quo humores coinquinantur.

AER, qui per latentes & occultos ductus adintima viscera facilè & subitò solet influere, purus sit & immunis à putredine, est ad vitam teste Galeno, veluti ad sensum in corpore nervus, ad incolumitatem animantium custos, ad calorem nativum muniendum, vt ait Fernelius, alimentum refocillatio, expurgatio. Alimentum, dum in spiritum vertitur: refocillatio, dum succum interiorem paulatim otio torpescentem excitat: expurgatio, dum naturam ad faces eijciendas iuvat. Sin impurus sit, gravi impetu vitæ arcem concutit, & actionum naturalium rivulos in animantibus polluit. Calor enim non conservatur, inquit Galenus, nisi ab aere modicè frigido: & exposita morbis illa civitas est, quæ impedientibus boreæ flatum montibus, stupidam austri auram & aerem inspirat. Aerem impurum vnicuiquè ætati nocivum & adversantem Galenus asserit. Et Hipocrates non morborum modò originem ab aeris veneno & contagione derivari arbitratur: sed in hominibus, vultus, gestus, perturbationum dissimilitudinem: vnde effæminatiores Asiatici & imbelles, robustiores & incultiores sunt qui borealem plagam incolunt. Apud Ægyptios pœnè oris eadem effigies & nigredo, idē est crispus crinis & labiorū tumor. Apud Europaeos raró idem vultus, idem color, eadem membrorum delineatio cernitur. Tātam enim vim elementis præ-

Lib. 7. de placit. Pla. & Hip. li. 6. vniversæ Med.

De vsu resp. Arist. 7. pol.

Gal. lib. 1. de sanita. tuend. Hip. l. de aere & aqua.

...æsertim aeri medici cõcedũt, vnde meritò aër infe-...us, senectutis & morborũ causa à sapiẽtibus tradi...r: qui a natura humidus & calidus, per venenosũ lo...bituminosi, sulphurei, stagnosi, & male olentis ...alitum substantia tenus corrumpitur, ita vt mi-...tus putridusque spiritus ex vtrisq; soleat oriri, si-...ut in Averno, Patavino, & Lucrino lacu: quorum ...tidus vapor aerem sic corrumpit, vt aviculæ prater...olantes semianimes concidant, & animantia aquas ...lambentia subitò emoriantur. Nonnunquam ...eris substantia illæsa remanet: sed tenuis & exiti-...lis spiritus per aerem venti in morem pervagatur: ...ualem in calidis regionibus taxus emittit, vt pere-...nt, qui in eius vmbra dormiunt. Qualemq; aspis & basiliscus expirant: adeo vt aspidis spiritu facul-...atis animalis organa effascinentur, & earum re-...um cadavera, quæ inde pereunt, feræ & cœli vo-...ucres vti exitium fugiunt. Basilisci verò an-...helitu homines repente exanimantur. Nam citius ...hic spiritus nocet, quia celerius vitæ fontem aggre-...ditur, & aerem non corrumpit, quia citius tran-...sit, quàm vt agendi moram & spatium habere pos-...sit. Aliquando aer manet integer, nec circumva-...gatur tabida & venenosa exhalatio, sed per vicinita-...tem venenosi corporis malam etiam qualitatem aer ...nduit. Sic quædam cadavera aridiora, quorum ...mnis succus solis æstu exhaustus evanuit, non ...mittunt talem spiritum: sed proximas quasque ...eris partes inficiunt, & sic vlterius per aerem ...fit venenosæ qualitatis propagatio: quemadmodum ...videmus ardentibus flammis aerem longius per ca-

Modi quibus inficitur aer. 1 2 3

 loris

4 loris propagationem effervescere; non rarò etiam per maleficos syderum aspectus & influentias aer inficitur (teste Ptolomæo) Nam cum Mars solus est dispositionis dominus, siccitate aer mutabitur, & dura impendebunt mala: Cum Saturnus, ex frigore

lib. 1. tract. quad.

5 damna imminebunt. Cæterum Dæmones, qui in aere dominantur, qui hominis beatitudini invident, qui sese in humano corpore humoribus admiscent, vt procellas & tempestates cient, sic sciunt aerem, quo hominibus noceant, inficere. Denique, aer nocere solet, quamvis non sit infectus, quando spissior, frigidior, calidior, quietior redditur, quàm natura exigit. Spissius commiscet humores, vnde stupor, sicut in australi vento. Frigidus constringit poros, vnde putredo, per humorum quietem: nam non fit eventilatio. Calidior incendit spiritum, & sanguinem, vnde furor. Quietior aer lassitudinem affert, vnde febriculæ generantur: quia corporis membra non perflantur. Ideò ventus ne pestis grassetur, plurimum conducit, quia fit in aere partium dissimilium dissipatio. At non satis est modos cognoscere, quibus aer luem contrahit, & à nativa conditione recedit, nisi rationes sciamus, quibus infectus, humores in humano corpore inficit, & in interiores recessus magno cum salutis nostræ periculo insinuat. Male sentiunt, qui venenum nihil aliud præter qualitatis exuperantiam statuunt. Nam vt odor & color qualitatum viribus oriuntur, tamen à qualitatibus distinguuntur: ita venenosa lues a primis illis qualitatibus procedit,

Quo modo aer nocere solet, quamvis non sit coinquinatus.

Cur ventus contra pestẽ sit vtilis.

An venenosa qualitas sit distincta a primis qualitatibus in gradibus extremis.

dit, sed ab ijs differt, vt effectus à causa. Non tamen est negandum, quin quædam dicantur venenosa, quæ nullam qualitatem habent exitialem, propter primarum qualitatum nimis intensum gradum: vt patet in quibusdam stirpibus, metallis, & animalibus. Quædam enim nimio calore adurunt, quædam nimis astringunt, quædam occulta vi præsecant, quædam nimis vehementer purgant, quædam vitalem lentè & paulatim devorant, quædam exuperante qualitate calorem aut humorem mutant, vt mandragora & opium; ita vt aer, sive exuperet in qualitate, sive venenosa lue sit infectus, natura suadente, per nares, per os, per corporis poros, intus admittitur: per nares, ad cerebri cellulas perpurgandas: per os, ad caloris temperiem, & spiritus augendos: per poros, ad integrum corpus reficiendum: sic quandoque cerebrum exiccat, vnde mentis levitas: quandoque nimiùm calefacit, vndè mentis furor: nonnunquam plerosque spiritus in pituitam vertit, vndè lippitudo, veternus, & gravedo nascitur. Cum in cordis substantiam tyrannidem exercet, Hecticam: cum spiritus invadit, insanabilem pestem: cum sanguinem inficit, Synochum ingenerat: cum integrum corpus occupat, serò medicina paratur. Sive proindè aer verè venenosus inficit, sive alicuius qualitatis exuperantia temperiem & harmoniam corporis afficit, certum est aerem impurum debilitatis, morborum, senectutis, infecti & mutati humoris esse causam.

Veneni diversa vis.

Aeris vtilitas.

Conclusio.

sam. Nam non aliter putridum & nocentem aerem hominis natura sponte aufugit, quàm ranæ Hiberniam, vulpes Cretam, cervi Africam, Olympum Macedoniæ montem lupi, aquam tepidam pisces, aerem turbidum ante terræ motum volucres, Ithacam lepores abhorrent. Denique contagiosus aer quando non potest hominis naturam, venenosæ illius qualitatis minus adhuc capacem, lædere, in herbas, fructus, segetes, aquas, pecudes, vires & virus exerit: vnde post elapsum aliquando integrum annum, quando aer temporis intervallo purior & salubrior redditur, homines tamen mirum in modum peste grassante infestantur, quia alimẽta, quæ fuerunt venenata & infecta ab aere, fusius per concoctionem in corporis substantiam permeârunt. Iuxta illud Lucretij,

Plin.

Lib. 6.

Commovet, atque aer inimicus serpere cœpit:
Vt nebula, ac nubes paulatim repit, & omne
Quà graditur, conturbat, & immutare coactat.
Hæc igitur subitò clades nova, pestilitasq;,
Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,
Aut alios hominum pastus, pecudumq; cibatus:
Et cum his nutrimur,
Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.

Hinc fit, quòd lunæ deliquia, aliquando pestem, & virulentas lentasque ægritudines statim post apparitiones minitantur: aliquando elapsum post semiannum, aut sesquiãnum, spiritus aut humores, influxu arcano inficiunt, & iuxta disparem humorum conditionem & propensitatem, variè morbos efficiunt.

ſciunt. Ita lentior, violentior, mitior, atrocior, diuturnior, celerius transiens in nobis pestis grassatur. Quibus malis nativus calor succumbens mortem, reluctans spem vitæ, triumphans & vincens vitæ certitudinem pollicetur. Calor enim huic morborum turbæ ferè solus in humana testa sese opponit, & salutem tuetur.

CAP. VI.

De nativo calore, qui omnes malas humorum affectiones quoad possit corrigit.

Calor innatus, cui vitam & vires, cui sanitatem & motum debemus, non ex corporum contritione, qualis inter silicem & calybem elicitur: non ex violento motu, qualis in plumbea glande per aerem nervosè emissa oritur: non ex rarefactione per solares radios, qualis sole micante in aere producitur: non ex nimia quiete fit, qualis in vlceribus accenditur, cum humores otio & quiete putredinem contrahunt. Cælestem esse quorsum crederemus? quum nocturno tempore maior sit intus in visceribus calor: quando radij discedunt, æstivo tempore, eius vis retunditur, quamvis cœlorum calefaciens virtus fortior sit. Si per reflexionem fieret, maior reflexio fit in duris, cur ossa non essent calidiora sanguine? Si per motum, integrum simul corpus similiter incalesceret, quum sit totius & partium nec dispar

Gal. lib. d[e] trem.
1
2
Quibus modis c[a]lor oritu[r]
3
4
5
An cal[or] nativus [sit] cælestis.
1
2
3
4

sam. Nam non aliter putridum & nocentem aerem hominis natura sponte aufugit, quàm ranæ Hiberniam, vulpes Cretam, cervi Africam, Olympum Macedoniæ montem lupi, aquam tepidam pisces, aerem turbidum ante terræ motum volucres, Ithacam lepores abhorrent. Denique contagiosus aer quando non potest hominis naturam, venenosæ illius qualitatis minus adhuc capacem, lædere, in herbas, fructus, segetes, aquas, pecudes, vires & virus exerit: vnde post elapsum aliquando integrum annum, quando aer temporis intervallo purior & salubrior redditur, homines tamen mirum in modum peste grassante infestantur, quia alimẽta, quæ fuerunt venenata & infecta ab aere, fusius per concoctionem in corporis substantiam permeârunt. Iuxta illud Lucretij,

Plin.

Lib.6.

Commovet, atque aer inimicus serpere cœpit:
Vt nebula, ac nubes paulatim repit, & omne
Quà graditur, conturbat, & immutare coactat.
Hæc igitur subitò clades nova, pestilitasq;,
Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,
Aut alios hominum pastus, pecudumq; cibatus:
Et cum his nutrimur,
Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.

Hinc fit, quòd lunæ deliquia, aliquando pestem, & virulentas lentasque ægritudines statim post apparitiones minitantur: aliquando elapsum post semiannum, aut sesquiãnum, spiritus aut humores, influxu arcano inficiunt, & iuxta disparem humorum conditionem & propensitatem, variè morbos efficiunt,

ficiunt. Ita lentior, violentior, mitior, atrocior, diuturnior, celerius transiens in nobis pestis grassatur. Quibus malis nativus calor succumbens mortem, reluctans spem vitæ, triumphans & vincens vitæ certitudinem pollicetur. Calor enim huic morborum turbæ ferè solus in humana testa sese opponit, & salutem tuetur.

CAP. VI.

De nativo calore, qui omnes malas humorum affectiones quoad possit corrigit.

C*Alor innatus, cui vitam & vires, cui sanitatem & motum debemus, non ex corporum contritione, qualis inter silicem & calybem elicitur:* Gal.lib.d trem.
1 *non ex violento motu, qualis in plumbea glande per*
2 *aerem nervos'e emissa oritur: non ex rarefactione per solares radios, qualis sole micante in aere producitur:* Quibus modis ca lor oritur
3 *non ex nimia quiete fit, qualis in vlceribus accenditur, cum humores otio & quiete putredinem contrahunt.*
4
5 *Cælestem esse quorsum crederemus? quum nocturno tempore maior sit intus in visceribus calor: quando radij discedunt, æstivo tempore, eius vis retunditur, quamvis cœlorum calefaciens virtus fortior sit. Si per reflexionem fieret, maior reflexio fit in duris, cur ossa non essent calidiora sanguine? Si per motum, integrum simul corpus similiter incalesceret, quum sit totius & partium nec* An calor nativus cælestis.
1
2
3
4

dispar

5 *dispar nec inæqualis agitatio. Influẽtia si huius causa foret, vt Etyndri gemmæ virtus, qua febricitantes recreantur, Coralli vis, qua epileptici reficiuntur, orta cœli viribus, non eget pabulo aut refectione. Non aliter hunc calorem, si cœlestis esset, sine refo-*
6 *cillatione perennem futurum putem. Præterea, in aquis pisces insito calore vivunt; vbi tepor per radios ortus obvio frigore extinguitur. Ad nos è cœlo præter influentiam & radios quid accedit?*
7 *Sphærarum enim motus ab orbibus non discedit: ratione continentiæ circumgirantur, quæ includuntur. Per motum ab oriente ad occasum dissimilitudo luminis, fulgoris, radiorum tantùm fit: At nec lumẽ, nec fulgor, nec radius inde oritur. In puncto meridiei directior radius corruscat, proinde clarius lumen & fulgor. Non igitur videtur verisimile a motu cæli vitalem calorem fieri, quùm non movemur vt cælum, nec magis movemur, quàm ea corpora, quæ eo calore carent, vt cadavera, & saxa. Argenterio credendum non est, qui vitalem calorem igneũ esse tradit. Nam tum ij, qui febrili calore corripiuntur, facilius cibos concoquerent. In febribus enim igneus calor per putredinem augescit, & corpus misere adurit. Deinde, nulla animantia ab igne, qui omnia absumit, vitæ seu originem seu diuturnitatem sperant. Nullam deniq; partium cohæsionem, aut nexum ignis patitur, vt videmus in incendijs, & proinde nec ab igne vitam ducimus, nec viventes per ignem sustentamur, nisi temperatior & mitior eius vis per conflictũ redditur. Dicimus proinde cum Galeno, ex frigore & calore hoc calidum per materiæ concoctionem*

rgenterij opinio.
n calor tivus sit neus.

alor inna sest ex gore & loreortus al.lib.de emor.&c.

ctionem oriri. Nam seminis substãtia est temperata, mixta, homogenea, capax vitæ, calorē cōtinet seminale, nec igneum tãtū nec aereum. Si sit hic calor intēperatus, sterilitas oritur, & natura statim, veluti laboribus suis indignã, hãc materiem eiicit. Sin sit capax suarum operationū, omni modo enititur prolē ædere. Semē in partes dividitur, partes in ossa, nervos, pulmonē, iecur, cor, venas effingūtur. Fluit cū semine calor, nō inhæret in sãguine tãtū, aliter ipsi spiritus algescerēt: nec in spiritibus solū, nã sic ossium medulla frigore concresceret. Vbi partes sunt vitæ participes, ibi calor inest, nec latet tantū in venarum sanguine: sed in carne, medulla, spiritu, aliisq́; partibus, ubi aliqua pars seminis, sive in liquidū, sive in solidū cōversa remanet. Cælestis potest dici, quia calorū viribus materiæ tēperatura illa fit, unde hic calor emanet. Cælestis nō est, si quis suspicaretur eū a syderibus descēdere, ut lumē, aut per influētiã, sive radios, in semine e nullo fōte excitari. Animalis est, quia animaliū causa est, quia animaliū facultatū in hominib instrumētū est. Animalis nō est, si quis putet solius animæ advenietis viribus in corpore suscitari. Igne⁹ est, quatenus in semine 4 elemētorū cōcursu fit. Igneus nō est, i. solã ignis naturã imitatus. In semine ante formam essentialē est organorū & partium formatrix causa, unde digiti in certum ordinem porrecti, oculi in orbē fabricati sunt, & brachia a lateribus tendentia disponuntur. Formæ advenienti ad vivificationem animalis instrumentum est: Post advētum formæ, in spinali medulla corpus erigit: unde calidiores sunt erectiores. In spiritibus alienos fumos discutit, ut species sen-

Locus caloris nativi.

Cur cœlestis hic calor dicatur.

Calor nativus est animalis.

Nativi caloris effectus.

sensibilium perfectius apprehenderentur. In sanguine partes faculentiores concoquendo in spumam separat. In oculis humorem christallinum custodit, ne condensetur. In iecinore, alimenta in stomacho reposita cõcoquit. In corde, tanquam in officina, omnia vita humana munimenta, id est, spiritum & succum, veluti peritus artifex efficit. In musculis & nervis locales motus excitat. Ita iuxta dispares gradus, in diversis hominibus, diversas complexiones producit: vnde tẽperatura est proportio missibilium, calor vivificus & viventis complexio cum temperatura coniũgũtur. Quando intemperies fit per calorem peregrinum, febres & morbi calidi: quando frigore opprimitur calor, morbi frigidi oriuntur. Idq; vel in parte, quando per vniversum corpus frigida materia non fluit: vel in toto, quando vndiq; intemperies invalescit. In sanguine calor inesse dicitur, non quòd ibi tantum vigeat, sed quia sanguis calidus in venis & arterijs discurrens, pracipuas vita operationes perficit. In omnibus humani corporis membris, vbi vita est, calor nativus anima viribus inservit. Et quando debitum gradum per quoscunque casus aut agritudines excedit, ad suam temperiẽ, vt ait Piso, veluti aqua calida ad naturale suum frigus redire contendit. Si redire nequit, vt temperatus fuit causa vita, sic violenter mutatus, aut pabulo destitutus, perdit & deperditur vnà. Sic quodammodo vera est illa sententia quam Galenus Hipocrati attribuit, eum calorem nos interficere, qui nos genuit. In pueris & nuper genitis hic calor nõ potest tam prõptè exercere vires, quia humoribus excrementitijs prafocatus, veluti caliginosus,

lib. de mecalmo.

tar-

tardus, & ad motum piger fit, unde pueritia debilis & infirma ætas dicitur: quia calor tum tria peragit, male digestas seminis & menstrui reliquias aut concoquit, aut eijcit, cibos ad augmentum curiosius & diligentius digerit, ossa, quæ propter hiantes meatus & luxationes, fluente undiq; humorum copia factas, consolidat, eorumq; partes contrahit. Virilis ætas solidior, & nervosior est, quia tum nativus calor progressu temporis vincit humores, &, ut ait Galenus, purus, æthereusq; factus, suas functiones expeditè perficit. Si spectemus eius motum, discurrit sursum & deorsum in pedum ossibus, in dextram & sinistram in brachijs, venarum beneficio pererrat. Circulariter movetur in oculorum sphæris, & in venis, quæ cranium ambiunt. Ad centrum corporis properat, aut cum metus percellit animal, tum satelles animæ: aut quando cibus coquendus restat, tum artifex animæ; aut quando sensus exteriores somno consopiti sunt, tum vigil & excubitor animæ: aut quando venæ fit sectio, tum ad arcem animæ calor recurrit, & delator, seu nuncius præsentis periculi appellari potest. Nonnunquam ad exteriores corporis partes & membra movetur. Primò quando extrinsecus fæces & excrementa in poris latitant, quæ nisi eijciantur, corporis natura periclitabitur, ut patet in febribus. Secundò, cum fluens catarrhus cordis gremium & concavitates occupat: Tum enim calor corruptionem devitans, in partes remotiores secedit, sed robustior & fortior per discessum factus, iterum illum naturæ hostem violentius aggreditur. Hic calor intensiorem, ut nonnulli aiunt, assequitur gradum per motum, nimiam rei calidæ vicim-

Lib. de marasm.

Caloris motus.

Quando calor externas partes deseri[t]
1
2
3
4

An inten[dere] possit nat[i]vus calor

cinitatem, constrictionem, cibum potumve calidiorem, quibus veluti præcipuis causis, animantium natura novo caliditatis gradu exæstuat. Corrumpitur verò
1 suffocatione, quando nimia ciborum copia, aut obdura-
2 tio nimia eius vim extinguit; dissipatione, quando vigilijs, excercitationibus, nimio gaudio, humor, in quo calor præsertim dominatur, liberius dissolvitur: vt patet apud Livium in fœmina, quæ videns filium e bello redeuntem, subitò præ gaudio expiravit. Idem fit, quã-
3 do idoneum alimentum non adhibetur. Nam humore
4 deficiente, calor interit. Deniq; alteratione hoc sæpè evenit, quando vel vehemens frigus, quod calidũ destruit, vel similis siccitas, quæ humorem superat, totum animantis corpus molemq; integram invadit.

Caloris corruptio multis modis.

CAP. VII.

De motu locali, & effectibus humorum.

GEneratio est talis motus, quo natura ad res producendas, & ab inculta rudiq; origine, ad aliquam pulchritudinem & venustatẽ traducendas vtitur. Et proinde Gal. eam substantiæ productionem, Plato motum ad essentiã appellat. Eadẽ natura, quæ eadem cum deo est, vt ait Plin. ne res pereant, ne incertis casibus interirent, ne ante stata tempora aut cadant, aut concidant, indulgentissimè consulit. Circumgirantur cœli, ne harum rerum ordo & perfectio deficeret. Vernũ, hyberna, æstiva tempora prætereunt, & redeunt, ne ea prætereant, quæ natura diligit, ne ea non redeant, quæ natura arrident. Motus fluminum ad terras irrigandas, motus Oceani ad

Gal. lib. de natura. fa... Plat. in def. Plin. lib. 2. cap. 3.

ad putredinem abigendã, motus ventorum ad auram eventilandam, motus corporis ad socordiam tollendã, motus animi ad vitam vti oportet degendam, motus humorum, ne putres sint, ne membra ijs careant, ne vberius fluentes noceant, ne per otium nimium commisceantur, a natura constituitur. Plurimos proinde locales in humoribus motus medici animadvertunt. Quorum primus est, quãdo incusso vulnere, aut carne quocunq; fato sauciata, & læsa, humores promiscuè, veluti prædam nacti irrunt, aut exitum quærentes foris conantur effluere. Idq; fit, aut propter partis læsæ debilitatem, quæ non integra, illum fluxum & humorum incursum recipit. 1 Aut per partis situm, quia membra inferiora facilius hunc cataclismum & veluti diluvium patiuntur. 2 Sponte enim hi succi deorsum descendunt: ideò vulnera, quæ in cruribus sunt, quàm quæ in capite, altius intumescunt. Aut per meatuum laxationem: inde homines, qui sunt duriori carne, tali humorum concursu non opprimuntur. Quò enim aridior est caro, eò citius sanatur. Aut propter debilitatam alteratricem vim. Nam vt oculus læsus non videt, nares obstructæ non recipiunt odores, aurium pellicula dirupta non apprehendit sonos: ita caro læsa, quæ ad se aliunde adueniunt, in se non mutat, vt sana solebat. Hoc enim in plerisque solidis partibus inest, vt quæ ad se peregrina & aliena accedunt, in sui naturam vertere: si nequeunt, leviora efficere: si hoc non possũt, eijcere cõtẽdunt, quò minus noceant. Chirurgi enim, qui emplastra tantùm vulneribus admovent, quibus hu-

Quatuor causæ cur motus localis fit in humoribus.

1
2
3
4

humores arceantur: nullius carnis sunt artifices: nã impedimentis arte remotis, statim natura sibi ipsi chirurgus medicorum plebe multò peritior & fidelior evadit. Secundus motus est e iecinore sanguinis officina, quando per tot anfractus & obliquos ductus, per tot venas & venarum angustias, per tantam partium varietatem, sensim, assiduè, sine motuum interstitio, sanguis, & cum sanguine quædam aliorum portiuncula labentes fluunt: ita vt in ipsis venis quædam choleræ & melancholiæ pars hæreat. Idque fit non spontè, sed partim iecinoris expellentis vi, partim attractione quarundam partium in venis maioribus. Et sic, teste Fernel. pellentibus prioribus, trahentibus iis, quæ deinde sequuntur, commoda fit sanguinis in extremas corporis partes distributio. Tertius fit motus, quando per occulta venarum foramina & rimas, subtiles quædam humorum partes post multiplicem in venis concoctionem, egrediũtur. Nam sic per carnis substantiam, ad omnes partes nutriendas, naturæ impulsu pererrant: vt quando interior intra venas succus, aut purior sanguis, aut turbidior bilis, aut segnior pituita est: talis erit ille succus, qui roris more foras exit: et quando vertitur in substantiam carnis, dissimilis color oritur, aut sanguineus, aut obscurior, humori (vnde fit nutritio) simillimus. Hinc quidam nigelli, quidam flavi sunt, quidam nitiduli & lucentes, quorum in ore, tanquam in speculo, natura suum nitorem & venustatem, suam purpuram & decorem, sua miracula, & regios veluti colores & radios, intuetur & agnoscit. Huius motus causa est, aut humoris intra venas ebullientis fervor, qui subtiliores

[Margin notes:]
Motus.
Quo modo in venas iecinore humores fluunt.
Fer. lib. 6. cap. 5.
Motus.
Causa huius motus.

res

res partes secernit, easq; à crassiori succo secedere cogit: aut partium in carne occulta vis (quæ, ut facultas attrahendi solet in ijs damis, qui latentes in cavernulis serpentes oris anhelitu attrahunt) aliunde succos exugit: qui attrahuntur, artificiosè digerit: qui lædunt, accuratè exterminat. Sine hoc motu nec partium erit augmentatio, nec naturæ sublevatio. Hoc tamen motu, nonnunquam serosus succus, qui sanguinem lædit, nonnunquam tenuis & purus (crassus enim per illas angustias nequit egredi) veluti exundat & quamvis tenuis sit, potest tamen concrescere & spissior fieri, aliter non nutriret: ita pars eius liquidior in sudorem, faculentior & putidior in crines, durior in nervos, mollior & melior in carnem mutatur. Si exuberat liquidior hydropem, si putrescit putidior, expectes vlcera. Alius est, quando è sua sede nonnunquam sanguis, non sine capitis & vitæ discrimine per nares indesinenter effluit. Et cum Africani videri meticulosi in bello malint, ne per vulnera sanguis, naturæ ambrosia & lautitiæ deficiat, quàm animosi, ut careant tali succo: tamen nonnulli hunc effluxum non metuunt, nisi cordis viscera per defectum palpitantia senserint. Nec circumbranei nebulones, impudico & ebrioso conflictu provocare naturam, lædere, vulnerare, sanguinem amittere, emittere, eructare puriorem desinunt; nescio quo consilio, nisi natura velit per impetum, perquè tam scelerati carceris interitum seipsam tandem liberare. Externæ huius motus causæ sunt casus, percussio, & quæcunquè læsio, naturæ inimica: interna causa est quædam in venarum

Solinus.

Quartus motus humorum.

Cur sanguis è naribus fluit.

1 orificijs laxatio, quæ fit, aut propter nimiam illius partis caliditatem: Magna enim condensatio, & nimia rarefactio plurimum nocet: Aut propter virtutis expultricis illæsam & intactã vim, quæ nocumẽta corporis, quãvis sit cum continui læsione, conatur extrudere. Sic aliquando videmus in hominibus lethali quadam morborum virulentia laborantibus, causas morbi etiam in extremis vnguibus, digitorũ apicibus imisq; calcaneis, huius virtutis cõtentione extermina ri. Aut propter conditionẽ humoris, qui mordẽs & acutus erodit, nimius erumpit, serosus & tennis erepit, & hic semel soluto venarum nexu, non desinit sanguinis profluvium, donec constringentia adhibentur, aut venæ sectio, quo sanguinis cursus ad novum periculum propulsandũ revocetur. Hic est ille motus, qui Gal. aut reserato venarum & arteriarũ ore, aut divisa earum tunica, aut succo sudoris instar transfuso fieri voluit: eamq; tunicæ divisionem oriri credidit, quando vulneratur, contunditur, dirũpitur, eroditur. Non est animi consilium aliena & supercanea congerere. Propero. Humores omnes quoad pondus terram imitãtur, quamvis viribus & innatis virtutibus variè elemẽtis assimilẽtur, vt supra diximus. Hinc e superioribus corporis membris per gravitatem sæpissimè deorsum fluunt, præsertim quãdo copiosius redundant, aut crassi non efficiuntur; vt obscura via & meatus dirigunt, sic humores fluunt. Ita vt quando in stomachum frigidus humor decidit, corpus ad frigidam naturam: quando calidus, ad calidam mutatur. Sic a frigidis impeditur concoctio, quæ cum diutius manserint, corrumpuntur: ventrem emordent: & tetricos

[Margin notes: ...nde venarum laxatio. | 2 | Tres causæ sanguinei fluxus e venis (...enaibus). | 3 | Lib. 5. de Meth. Med.]

tricos in caput, vt ait Aetius, subito fumos emittunt. Vnde dolente capite ægritudinis fontem in stomacho delitescere medici sæpè conijciunt. Hic motus aliquando versus cutem, aliquando intra costas, aliquando inter ossa cutemque cernitur: Et diversa parit morborū genera, quibus robur humani corporis imminutū & læsū, nonnūquā succūbit. Alius motus est febrilis, quādo indies biduè, triduò, aut quatriduò eunt, redeūt, statis horis & tēporibus currūt, recurrūt febres, intermittūtur, inducias prabēt. Quādo humores putrefacti a corde sunt remotiores, aut extra concavos venarum ambitus consistūt, minus lædūt. Quādo verò e directo cor & hapar, & mēbra principalia feriunt, atrocius diverberant, inclemētius invadūt, periculosius infestāt, novus fit militia naturæ, i. virū, delectus, ad certamen itur, vndiq; hostis irruptiones & insultum parat, nostræ vrbeculæ muros explorat, machinas admovet, proditione victoriam quærit, vtraq; acies pro capite, pro salute, pro victoria dimicat. Conductitia medicorū vires accersuntur, insidias hostium explorant, dissolvuntur phalanges, humores tetrici & nimis bellici retrocedunt, cedūt, vincuntur. Natura suas vires reparat, colligit, indulget. Iterum destinato certaminis tempore collucent novæ flammæ, incipiūt de novo sævire febres, accenduntur humores, renovatur tumultus, sic

Motus humorum [illegible] orium.

Temporis angusti mansit concordia discors.

Si subactis naturæ viribus illi putridi & mali humores exultant, hostiliter omnia devastant, &

---Alta sedent civilis vulnera dextræ.

Huius motus multa a medicis & acutis philoso-

 phis

phis causa numerantur. Nonnulli propriam, specificam, insitam cuiusquè humoris proprietatem (Avicennæ nodos secuti) assignant: per hanc taxum apibus nocere, lactucam bili resistere, & omnia quæ citrà manifestam causam eveniunt, esse facta arbitrantur. Alij ad incrementum & quantitatem cuiusquè humoris hunc decursum revocant. Quasi melãcholia quovis quatriduo, bilis flava triduo ad tã tam molem excresceret, vt possit facilè corporis statum lædere. Alij non incremento, sed putredini attribuunt: quia non turgescens tantùm humor, sed & putridus hunc motum efficit: et quoniam atra bilis tardius & rarius putrescit, frigidior quàm sit, & minus humida, tardius renovari in melancholica febricula hunc motum suspicantur. Alij non humoribus, sed caloris viribus hoc attribuunt, quæ quidẽ vires maximè maximunt per frigus læduntur & proinde plus temporis vt restaurentur exigitur: quò recollecta, & melius munita, iterum ad propulsandum domesticum hostem sese accingant. Atquè ita febrium intervalla naturæ vires, non humorum incrementa sequuntur. Alij ad lunæ humidorũ dominatricis radios convolant, & sic nõ aliter quàm Oceani reciprocationes, fluxus, & refluxus, epilepticorũ furores, fœminarũ profluvia, occultissima quadã influentia, febrium circulos & gyros peragi volunt. Quibus non multùm diffiderem, si non nimium Avicennæ calculum & iudiciũ contemnerent. Quas motiones in humoribus pharmaca, exercitia, perturbationes excitant, nõnulla de his posteà dicturus consultò prætereo. Addo flammæ & externi caloris impetum. Nam

[Margin: Causa motus humorum in febribus. Opiniones diversæ. 1 — 2 — 3 — 4 Quamvis pituita putetur frigida: tamen magis lędit frigus mel. — 5]

Nam non aliter frigidus ſuccus æſtum fugiens, quàm aqueus liquor in viridi ligno igne adurente in contrariã partẽ tẽdit. Proinde phlegmaticis tutius eſt laboribus & exercitationibus, quàm flammis corpora calefacere. Nam per ignem humores moventur intus ad centrum, exercitio à centro diſſipantur. Nõ opus eſt, vt philoſophos ornatiùs aut vberiùs alloquar, quùm rerum apiculas attingere decreverim. Per has itaq; humorum motiones, temperiem, intemperiem, incrementa, decrementa, admirabiles & varij in humano corpore effectus producuntur. Quorum alij ſunt accidentia, eaque naturalia, vel naturæ inimica. Naturalia, vt complexio, ſanitas, agilitas, gratus odor, ſapor, color, durities, mollities, lævitas, aſperitas. Naturæ infeſta, aut quia deformem reddunt, vt canities, calvicium, curvitas, ſtupor; aut quia propoſitum & naturæ conſilium impediunt, vt ſterilitas, ſenectus, ſenſuum privatio; aut quia lethaliter afficiunt, vt morbi tum corporis tum animi, quibus qui miſerè torquentur, miſerè ſunt memores illius Lyrici,

Effectus humorum

Omnes vna manet nox,
Et calcanda ſemel læthi via eſt,
Senum ac juvenũ denſantur funera, nullum
Sæva caput Proſerpina fugit.

Alij ſubſtantiæ ſunt, aut corporeæ, vt ſpiritus, capilli, arenulæ, vngues, ſemen, lac, illæque portiunculæ, quæ per nutritionem partibus ſolidioribus adduntur. Alij incorporeæ, quales ſunt omnium animalium, præter hominis, interna forma: quæ per humorum concentum, & temperiem oriuntur, per intemperiem moriũtur & intereunt. Quùm enim prima

Origo formarumque damodo e ab humoribus.

ma ab origine hi humores contrarijs viribus dimicãt, quia contraria elementa imitantur, quilibet lædit & læditur vnà per conflictum & certamen, aut singulorum vires retusiores evadunt, & imminutæ, aut vnus tantum exultans triũphat, & reliquis insolẽtius imperat. Nã, monarchica sæpè est in naturæ operibus gubernatio. Quãdo humores mutuò suas virtutes debilitant, talia non sunt inflicta vulnera, quæ omnes perimant, aut perdãt vires: Sed per naturæ stateram debitos quisq; humor gradus assequitur. Vnus nõnũquã eminentior est, cui iustè dominanti cæteri obtẽperant & obsequũtur: sic in singulis propria sunt vires, diversæ, & retusæ, inter omnes iusta virium proportio & respectus: ex omnibus in mixto corpore distincta qualitas emergit & exilit, qua totius natura ad has quàm ad illas operationes proclivior efficitur. Hæc qualitas ab Avicenna complexio dicitur, a tepore sanguinis, ab ariditate bilis, à pituitæ frigore & algore, à virium proportione & respectu diversa: adeò vt in complexionis ortu qualitatum numerus: nam in solo igne aut aqua non est complexio: qualitatum actio & passio: nam aliter vires essent illæsæ & integræ: qualitatum proportio; nam aliter in discordia pacem expectaremus: vnius humoris virtus, sed moderatè præcellens & imperans requiritur: nam aliter omnes ad omnia similiter propenderent, nec vnus erit alijs furiosior, lascivior, iracundior. In musica multæ sunt voces, quarum aliæ submissiores, aliæ magis Stentoreæ, aliæ virgineæ & effæminatiores, aliæ mediocriter elevatæ, inter se singulæ differũt. Earum proportiones musicus artificiosè perpendit: vocem sonoram

De complexionis ortu.

Lib. 1. Fen. 1 Doct. 1.

In ortu complexionis quæ consideranda.

uram et stridulam reijcit, iubet Stentoream deprimi, fœmineam elevari, ad certas proportiones, notas, & limites omnes redigit. Ex omnibus ad proportionē redactis, suavissimus concentus & harmonia, modò mœsta, modò iocosa, modo iracunda, modo levior & mitior exurgit. Hæc harmonia, & a proportione, quæ est sola relatio, & a singulis vocibus, quæ multæ sunt, re distinguitur. In naturæ choro humores sunt, qui voces, humorum respectus, qui proportionem, complexio inest, quæ cælestem quandam harmoniam repræsentat. Et quanta fuit vis in illa musica, quâ Tyrtæus Lacedæmoniorum acies contra Messenios præliantes, & succumbentes, ex victis victrices reddidit: tanta est in humano corpore naturalis musicæ virtus, vt vires omnes morborum atrocitate sauciatas attollere, victrices reddere, & Eurydicen nostram, hoc est, animam à morborum & mortis tartaro & Plutone facilè liberare possit. Non leviter errant, qui hanc complexionem cum proportione eandem esse volunt. Nam vt in horologij motu quædam sunt pondera, modò ascendentia, modo ad certa temporum momenta descendentia, quorum alia leviora, alia graviora sunt: præter pondus, ponderis proportio, præter proportionē, vis sursum deorsumq; movendi in illis plūbeis corporibus, præter motum, ad certas horas & horarum portiunculas, ictus & sonitus cernitur. Tolle proportionē, vis movēdi sistitur, tolle motū, ictus & horarum discretio impeditur. Quùm à proportione, illa movendi vis pendeat & oriatur, quis eam cum proportione eandem diceret, nisi causam cum effectu esse eandem crederet? In acie

An complexio sit eadem cū proportione.

iam iam perstrepentibus lituis & militum clamore dimicatura, distincti sunt militantium ordines, alij certis passibus lentè procedunt, festinantius retrocedunt alij, quidam ducis nutu expectantes sociorum victorias, certo in loco morantur, alij impetuosius movent, irruunt, validis lacertis lacessunt hostem, valla perrumpunt, bellicis machinis expugnant. In agmine inter proceriores, minutiores & magis navi: inter infirmiores robusti: & cum meticulosis audaciores disponuntur. Hic densius est agmen, &

Pede pes densus vir viro congreditur.

Illic phalanges ociosius palantes, & de acri lucta non cogitantes collocantur . Præter particulares militum vires, virium dispositio & mutua relatio requiritur: unde maiorem in exercitu & pugnandi confidentiam, & resistendi alacritatem ab illo ordine & militum veluti proportione diversissimam videas. Proportione soluta, ordine inconcinnè violato, viribus confusè permixtis,

Nobilitas cum plebe perit, latèque vagatur
Ensis, & à nullo revocatum est pectore ferrum.
Stat cruor in campis, multaque rubentia cæde
Lubrica saxa madent.---

Sic a proportione, dispositione, ordine particularium virium, militaris impetus, & pugnandi vis & robur secernitur. Nō dissimili acumine, & mentis acie de rerū naturalium, hoc est, frigida, tepentis, humida, arida

aridæ substantiæ proportione, & complexione inde resultante cogitandum est. Nam si proportio esset eadẽ cum cõplexione, tũ vt est vna proportio calidi & frigidi, altera humidi & sicci: sic in quovis membro, particula, corpusculo, plures complexiones nascerentur, diversæ, vt diversa est humorũ relatio. Deinde quis in relatione vim aliquam agendi, movendi, patiendi diceret? In tribunitio furore & proscriptione civium, plurimi servi suis dominis inter funem & ferrũ, 1
inter luctum & lanienam trepidantibus, fideliores fuerunt liberis & coniugibus, multa subierunt pericula, vt pericula nulla imminerent dominis. Actio fuit hominis servi, non servitutis in homine. Brutus par gloria Romulo, quia ille vrbem, hic libertatem Romanam condidit, cum suos filios Tarquinianæ dominationi inhiantes, & eam semel expulsam revocantes videret, eos comprehendi, & religatos ad palum truncari iussit. Ita exuit (vt ait ille) patrem, vt consulem ageret: Et orbus vivere, quàm publicæ vindictæ deesse maluit. Actio fuit hominis patris, non paternitatis in homine. Hæc afferũtur, vt auferatur a relativis agendi facultas. Nam vt Aristoteles asserit, relationem nullo motu propriè fieri, aut oriri, sed simul cum aliis oriri: sic nullo motu aliquid per se efficit. Quumq́ue multi sint complexionis effectus, facile complexionis & proportionis discrimen elucet. Parnussias, in quo fuit igneum & verè academicum acumen, dum hoc neotericorum phantasma imprudentius aut incautius sequeretur, complexionem primò esse proportionem docuit. Paulo post, immemor sui, proportionem esse formalem complexionis causam asserit.

Rationes quæ ostendunt complexionem eandem non esse cũ proportione qualitatum

2

5 Phy.

3

asserit. Quasi veram causam non esse a verò effectu diversam diceret: quasi in veris accidentibus veram formam aliquid incultum & rude elimantem quæreret. Proinde complexionem non esse cum proportione realiter & numero eandem, sed a proportione, tanquam à causa, procedere & emergere cum Avicenna arbitramur. Ita in humano corpore humorum, eorumque qualitatum mutua actio & passio cernitur: per has graduum alteratio, per illam proportio, hinc complexio, a compelione dissimilis ad diversa munera propensitas & totius inclinatio provenit. Ita materia sunt humores, per mutuas actiones passionesque mutati & alterati: Forma, si Pernumia credimus, est virium proportio: Efficiens causa, nativus calor: media, quibus oritur complexio, est actio & passio inter humorum qualitates: Finis est, vt naturali formæ, tanquam soli aut primario artifici operanti auxilietur & inserviat. Per humoris prædominantis diversitatem, complexionis differentiæ oriuntur. Vbi sanguis, sanguinea: vbi flava bilis, cholerica: vbi atra bilis, melancholica: vbi pituita superat, & vincit, complexio à philosophis phlegmatica nuncupatur. Hæ species inæqualis complexionis esse dicuntur: quia non est æqualis omnium aut virtus aut pondus. Et quoniam fieri non potest, vt in vno corpore tanta sit vis frigoris, quanta caloris, tanta siccitatis virtus, quanta humiditatis, vt æqualis omnium & par virium gradus insit: (tum enim actio & passio tolleretur:) fieri nequit, vt æqualis aliqua

1 Causæ cō-plexionis. 2 3 4

Vnde complexionis differentiæ

An possit esse æqualis complexio in re Naturali.

aliqua corporum complexio exurgat. Nec potest esse, vt ait Avicenna, similis in singulis membris complexionis ratio. Nam in ossibus siccitas, in cerebro humiditas, in corde calor dominatur, & proinde distincta complexio: vnde privatæ quædam agendi vires animæ auxilio nascuntur. Per eam verò complexionem, quæ in carne & venarum sanguine reperitur, totius denominatio & complexionis distinctio oritur. Proinde quò plures, eminentiores, sensitivæ & motricis animæ viribus magis obsequentes sunt corporis partes, eò nobis certius de complexione totius iudicium & coniecturam præbent. Ita aliquando in vno membro vna est complexio, vt melancholia in ossibus: aliquando in vno membro plures sunt: vt in oculo tunicæ et humores non habent eundem complexionis concentum, nec similem vim, tamen inter se bene conveniunt, ita vt humor ne tunicæ exarescant, tunicæ conducunt, vt humor non effluat. Sic sibi mutuam opem naturæ industriâ præstant. Aliquando totius complexio esse dicitur, quando ad moderatum vnius humoris prædominium actiones naturæ diriguntur. Sic particularum proportio membri complexionem efficit, & quàm diu nullus humor abundantius quàm oportet excrescit, nulla qualitas sublimiorem quàm natura patitur gradum acquirit, nullus succus propriam & naturalem sedem deserit: nulla de novo per violentiam humorum commixtio suboritur: sanitas in animalibus inest, quæ, vt ait Galenus, est salubris quædam & naturalis affectio

Complexio partium & totius.

Vnde denominatio totius.

Quid est sanitas.

Li.5.de placit. Hip. & Plat.

affectio, & elementorum quæcunque illa sint, moderatio. Per elementa humores præsertim intelliguntur. Vnde illud Hip. libro de natura hominis, corpus hominis habet in seipso sanguinem, & pituitã, bilem duplicem, flavam & nigram: atq; hæc quatuor sunt corporis natura: & per hæc homo ægrotat & sanus est. Sanus est, vbi hæc tẽperiẽ inter se habuerint: ægrotat, quum horum maior vel minor inest copia, vel superant in corpore, nec bene humores vniuntur. Vnde certior est sanitas, quò certior est humorum proportio: magis exposita morborum tyrãnidi & viribus, quò maior est a temperie discessus. Hinc illud Galeni, alia sanitas temperatissima, alia morbis exposita dicitur. Sive enim sanguis, sive quis alius humor regnet, modo moderatè regnet, nulla metuenda est in humani corporis politia proditio, nullus morborum incursus. Nam omnis complexio iustè per proportionem orta, sana esse potest, sed vna quam alia sanior: vnde illud Galeni, quemadmodum corpus aliud magis, aliud minus album cernitur: ita quod sanum dicitur, magis & minus sanum esse potest. Quod ex ætatum atque actionum dissimilitudine facilè colligitur. Est enim sanitas affectio actionem perficiens, quando, vt ait Galenus, nec doloribus cruciamur, nec actionibus impedimur. Huius affectionis privatio per intemperiem humorum orta, est morbus: quem dolores & actionum læsiones concomitantur. Ita videmus cum humorum proportione complexionem, cum complexione sanitatem, cum sanitate agilitatem esse coniunctam. Nam agilitas

Hip.

Causæ morbi secundum. Hip. Lib. 1. de sanit. tuend.

Ibid.

Vide Avic. de complex ætatum. lib. 1. fen. 1.

in motu, ex spiritu, qui celerimè discurrit: ex flexili constitutione membrorũ, quæ animæ motitanti facile inserviunt: ex humiditatis copia pendet: qua extremi ossium fines & termini, veluti oleo aut axungia inunguntur, & madefiunt. Humores dum lancem & proportionis veluti æquilibrium deserunt, nec spiritus velox, nec membra vivacia, nec ille succus temperatus motum adiuvat: vnde tarditas & segnities corpus occupat. Proinde senilis ætas, quoniam rigidior, ineptior, ad motum tardior, non tam agilis, vt sana iuventus in omnibus cernitur. Quamvis videatur sana, ætas tamen verissimũ est illud Galeni, Senum sanitatem non esse absolutè sanitatem appellandam, cum actiones in senibus non sint tam validæ & firmæ, atquè in ijs, qui ætate sunt floridâ. Vbi enim humores sine seditione aut lite conspirant, non agilitas modò, sed & pulchritudo partium provenit, in qua carnis moderata moles, figura amabilis, ordo membrorum venustus & decẽs, vividus color reperitur. Quædam accidentia originem ducunt ex materiæ permixtione, vt durities. Quædam ex formis ipsis substantialibus. Quædam ex formis accidentarijs primis ad temperiem redactis, vt complexio, sanitas, gratus odor, & sapor. Quædam ex opacitate & perspicuitate, vt ipse color. Quò enim purior est in corpore succus, eò maior luciditas, eò clarior color, vt in sanguineis, quò fæculentior est succus, eò maior obscuritas, eò turbidior color, vt in melancholicis: ita puritas & impuritas sunt perspicuitatis & opacitatis causa. Perspicu-

Vnde agilitas.

Lib. 6. de sanit. tuend.

Accidentium origo.

spicuitas & opacitas in materia inhærentes, ma-
teriæ vestigia sequuntur. Miscentur per ac-
cidens, quando humores miscentur. Cum in cor-
pore aliquis humor præcellit, eius seu perspicuitas,
seu opacitas dominatur. Hinc colorum distin-
ctiones. Illi autem plurimùm falluntur, qui lu-
minis aduentu excitari indies colorem putant.
Nam tum vt lunæ, solis, lucernæ lumina differunt,
1 in eodem corpore distincti colores indies excitaren-
tur: & sole deliquium luminis patiente, deliqui-
2 um coloris in vultu videretur. Deinde, vt il-
luminatio momentanea est, & intervalla tempo-
rum non exigit: sensibilis in corpore qualitas subi-
tò sine tẽpore accederet & discederet. Cæterùm in te-
3 nebris per discessum luminis desinet esse in corpore
color, nec erit nisi interdiu Æthiops niger, nec
per semiannũ sub polis nix erit alba, aut niger corvus
4 Deinde, qui fieret, vt feliculæ mures sine colore conspi
cerent: quãdo nocturnis suis venationibus avidius in
vigilãt. Oculorũ enĩ splẽdor eminus nõ tã emicat. Nã
aliter in medio aere potius splẽdesceret ille igneus ful-
gor, quàm colorem eminus excitaret. Dicendum
proinde est, colorem semper actu inesse in anima-
lium corporibus: mutari ad humorum mutationes:
indigere lumine, non vt sit, sed vt videatur: ab-
sente lumine, in corpore colorato vim spargendi ra-
dios inesse: lumen requiri, vt medium radios reci-
peret, non vt color a lumine excitaretur, facilius
persuaderi possim. Quibuscunque verò nebulis
se involvi natura voluit, certum est colores in
hominibus humorum aut materiæ temperiem &
in-

An color luminis tantum vi excitetur.

intemperiem sequi: certum est purpureos & latos inesse, quando sanguineo rubore vultus perfunditur: subfuscos, quando terrena melancholia vis inest: niveos, quando pituita dominatur. Scitè Galenus, Si neque ambientis violentia, neque ullus animi affectus impedit, certissima succi in animalibus cognitio ex colore fit. Nam si rubicundior est vultus, sanguinis abundantiam: si obscurior, atram bilem: si plumbeus, crudos & pituitosos succos intus delitescere indicat. Et iterùm, quales sint ipsi corrupti humores ex cutis colore facile iudicabimus. Gal. lib. de comp. medica secundum loca. Adde quod lotia, quæ sunt veluti medicorum specula, per colorem, quales sunt intus humores & morbi, non dolose testentur. Sic color non tantùm humoris dominatum, sed humorum etiam permixtionem ostendit. Nam materia permixtio medios colores affert, si aqueus succus cum melancholia coniungitur, color lividus: si cholera, sub rubens & flammeus fit. Ita natura per complexionem sana, per sanitatem agilis, per agilitatem mobilis, per colorem visibilis, per partium concentum perfecta, per perfectionem venusta & formosa, per odorem esse grata, per saporem gustu percipi voluit. Nam sapor est ex proportione humidi cum sicco per calorem comixti, ideo aqua pura est insipida, quia deest siccitatis portio & proportio. Lapides & splendida gemmæ sapore carēt, quia carent humiditate. Ita odor ex simili sicci & humidi permixtione vi caloris oritur. Proinde nimis sicca, ut ossa, nimis frigida, ut aqua, odores non emittūt:

nec

Lib. 4 d[e] sanitate tu[enda].

Ex color[i]bus quæ su[nt] coniectur[æ] de corpori[s] statu.

Sapor vnd[e]

nec requiritur calor tantum vt leves suscitentur spiritus, quibuscum qualitas odorifera per poros efflueret: sed ad temperiem etiam ipsarum causarum, vnde odor oriri possit. Hi duo humorum effectus differunt: quia odor aereum, sapor aqueum humorem postulat. Deinde odor maiorem siccitatem, sapor minorem sequitur. Vterq; eò gratior erit, quo humores limatius permiscentur. Vterq; molestior, quò minor temperies, vt patet in maturis & immaturis pomis. Vterque melius quàm color, vt ait Pernumias, temperiem indicat. Quia hi immediatè à qualitatum primarum in humoribus temperatura oriuntur: color verò non a primis qualitatibus, sed a puritate & impuritate, quæ sunt secundariæ vires, efficitur. Et odor, quoniam non tam exactè temperiem sequitur, temperiem non perinde vt sapor, teste Galeno, exprimit, aut indicat. Vterq; tamen per humorum intemperiem deterior, per concentum delectabilior fit. Vnde Ægineta, per sapores facile, difficilius per odores corporum constitutiones innotescere docuit philosophiæ amantior. Non impingam in medicorum salebras & rupes. Dubia præter volo. Quando siccior natura, & humor melancholicus inest, partes insunt arctius compressæ: vnde pauciores meatus, & angustiores in corpore sunt. Hinc non mediocris nonnunquam glabricies est, quia crines egredi nequeunt. Partes eminent inæquales: quia deest humor, qui emolliendo omnes partes æquè constringat & comprimat, vnde asperitas & densitas. Proinde melancholici sunt carne duri & asperi. Humor quando perfluit fusius mollicies lenitas raritas insunt. Ideo Aristoteles mollitiem humiditatis,

siccitatis

Odoris & saporis discrimen. 1 2

Cur odor & sapor melius quam color humorum temperiem indicent.

Lib. 5. de simpl. med. facult.

Li. 7. de re medica. c. 1.

Glabricies.

siccitatis duritiem esse effectum tradidit. Et Galenus ea corpora mollia, in quibus non concrescit humidum, dura appellat, vbi substantia magis terrea vincit. Humores quàm diu temperaturam obtinent, hæc accidentia naturam iuvant. Quando excedunt, excidũt deficiuntq; vires, & quæ insunt, debilia, fluxa, caduca, ruinosa, incertis radicibus innixa: quæq; nocere possint, intra humani pectoris angustias & angulos latitant.

Arist. 4. Meteor. cap. 4. Gal. Lib. 3. de differ. pulsuum.

CAP. VIII.

De origine morborum, & perturbationum in hominibus, per humorum motiones & intemperiem.

TERRÆ sunt steriles & infecundæ, quæ imbribus non irrigantur. Arbores in autumno virides & speciosas exuunt comas, ac deflaccescunt, quando humor è radicibus aut nimis tenuis, aut paucus, aut non satis per calorem concoctus in ramusculos & frondes ascendit. Nisi humor terræ partes conglutinaret, statim præ nimia siccitate dissiparentur & dissilirent: vnde voragines & hiatus fierent: nunquam enim magis quàm arida arena cohærescerent. Oleum in lampade flammam: succus in corpore vitam: humor vividus in florida ætate vim & venustatem, in animantibus vigorem efficit. Quando verò vtiles & tẽperati humores absumuntur, putrescunt, alienos minus idoneos virium gradus nãsciscuntur, humores infesti naturæ & exitiosi sponte sua infaliciter exuberant & v incunt. Nam

In autumno cur folia deciduni.

Quo modo humores fiunt morborum causæ.

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,

Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.

Quando temperies & musica natura inde supprimitur, oppugnantur, aut expugnantur debita vires, discinduntur sanitatis vincula, desperant de incolumitate, qui summo otio luxuriose fruebantur, intus ignes, torturas, morborum erebum & gehennam homines alunt, & cum Comico lugubri gemitu ingeminant:

Certo veniunt ordine Parcæ,
Nulli jusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem,
Recipit populos vrna citatos.

Lib.1.cap. 7. *Tum (vt ait Trallianus) alij semper præ furore ridet: alij cum ira & contentione luctantur: nonnulli opinionibus addicuntur absurdissimis, quales hæc tempora non paucos aluerunt: quidam mortem exoptant: alij metuunt: multi interlucida furoris tempora habent: non pauci assiduè humoribus acriter infestantibus insaniunt. Hinc quando pituitosus & concrescens frigore succus, nervis, tendonibus, musculis, aut foris constringens, aut intus spiritum impediens, adhærescit, motrix facultas sistit gradum, & feriatur, vnde stupor: Quando aridior fit corporis structura, & humore vero deficiente, calor, qui ante corporis pondus elevavit, imminuitur, spectant homines terram, & de vltimo in matris viscera reditu tristius cogitant, dorsi spina in semicirculum decrescente medulla flectitur, vnde curvitas: Quando faculentus fit sanguis, vt calore operante nullos possit spiritus & fumos emittere, organa post contractam*

Quibus modis impeditur corporis motus.

intem-

intemperiem evadunt stupida, vnde sensuum nocumenta. Deficiente concoctione non suppeditatur nutriens succus, aut dominante humorum algore coarctantur meatus, ne crines exeant; aut per intemperatum aestum pori nimium laxantur, ne crinium radices fixius agantur: aut ineptus per humorum intemperiem fit succus, vt converti in capillos nequeat, vnde calvicium, notissimũ, vt ait Aristoteles, violatae, aut periclitantis pudicitiae & castitatis indicium oritur. Actuarius etiam alias huius deformitatis causas adhibet; humorem scilicet nimium, quo plus satis capillorum radices madescunt & effluunt, quia siccitas deest, quae soliditatem adderet: aliumque corruptum & fatentem succum, qui radices eroderet, & inaequaliter amputet, aut penitus supprimeret. Caeterum, cum (vt ait Aetius) capillorum color temperaturam humorum non minus quàm reliquae affectiones & naturae nota indicet: alia crinium imperfectio, nec minus grata, nec magis decora & speciosa, quàm calvicium, sequitur, nimirùm canicies, mortis & calamitatis nuncia, debilitatis comes, funebris ornatus, quo natura veluti lugubri veste induta, seipsam iam iam lapsuram, languentem, torpescentem, morituram, testatur. Sive enim hoc accidens ex humore frigido in poris latente fit, qui per caloris defectum sponte, vti solent omnia frigida, albescit: sive succus ille non frigidus tantùm, sed & putridus fit; quòd non tam verum videtur, quia ossa alba fiunt, quamvis putri humore non alantur: sive ex ariditate hic crinium nitor

[Margin: 1 Quibus modis fit calvicium; 2; 3; Lib. 5. de gen. animal.; Lib. 2 de Meth. med. cap. 5.; 4; 5; 7. Tetr. Ser. 4. cap. 5.; 1 Causae caniciei.; 2; 3]

 oritur,

oritur, uti in matura segete, & gravidis aristis fætus mole nutãtibus cernimus, sive ex debilitate virtutis
4 concoquentis, non vitio humoris fit: sive per humi-
5 ditatem longo tempore in homine pertranseuntem oritur, quando quod album est, ut ait Hip: secernitur, ad cuticulam elabitur, à pilorum radicibus attrahitur, & sic tum cutis, tum crinis albedine tingitur. Quocunq; tandem modo canicies nascitur, humorum suam musicam amittentium intemperiem ostendit, aut senectutem, quæ est naturale aliquod virium deliquium, naturalis morbus, meta, ad quam nos omnes temporis curriculo circumvecti festinanter properamus. Ætas dura & intractabilis (ut ait Seneca) siccitatis & frigoris domicilium, in quo veluti putri ædificio omnis iunctura dilabitur, & cum alia excipitur, alia discinditur, non aliter, quàm in navigio dehiscenti, rimulæ, tanquã mortis vehicula, interitum & subversionem minantur, absumitur melior succus, fœda macies, & rugæ fronte sedent, brevis suspiratio præcordia contrahit, radicale humidum exeditur, cum eo (ut cum oleo flamma) naturalis calor imminuitur.

Lib. de natura pueri.

Gal. lib. de meras.

Lib. 3. epist.

Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos:
Nostra quoque ipsorum semper requieq; sine ulla
Corpora vertuntur, nec quod fuimusve, sumusve,
Cras erimus---

Ovid. 15. Met.

Et ut senectus totius corporis affectio dicitur, ita per redundantiam, putrefactionem, concretionem, tenuitatem, nimium seu calorem, seu frigus, e propriis sedibus discessum, violentã humorũ commixtionem, sæpe

3 modi, quibus humores fiunt morborum causæ.

partium

partiũ morbi & ægritudines oriuntur. Per copiã sãguinis, quacunq; ratione mutati, tumor, phlegmone dictus, circa inguen bubo venereus: in adenum locis phygethlon: carbunculus cum niger, calidus, corruptus, coacervatus sanguis est: quando inflammatur, furunculus, epinyctis, terminthus oritur. In omnibus sanguineus magis est succus: in omnibus hisce morbis dolor angit: in omnibus rubor: in omnibus quædam putrefactio, in plerisq; inflammatio cernitur. Ex materiæ copia, inflammationis vehementia, partium diversitate, horum distinctio oritur. Per copiam collectæ pituitæ, non pauciores emergunt infirmitates. Tumor qui inde fit œdema dicitur: quando tenuis è capitis distillatione decumbit, hydrops, ascites, hydrocephalõ, hydrocele oriuntur, & cũ fluendo carnẽ concavat, & erodendo erumpit, fistula generatur: quando crassior pituita circa nervos aut articulos concrescit, ganglion: quando in aliqua parte obdurescit, schirrus: quando circa asperam arteriam colligitur, bronchocele: quando in fœminarum mamillis obrigescit, quidam cãcer oritur. Dum flava bilis mordacior, & edacior cutem atrociter adurit, ignis silvestris: dum latius serpit, papula, herpes, pustula: dum cum prurigine lædit, impetigo: quando crudior sanies exit, nec altè emordet scabies: quando admiscetur melancholiæ, & profundius carnem findit, effodit, rodit, & squamis sequentibus depascit, insanabilis quædam lepræ species, morbus gallicus, fœda & fera quædam impetigo pleras q; tãdem corporis partes pervadens, alij q; morbi sævissimi propagantur. Melancholicus succus quando in extimis collectus putrescit, carnem

Phlegmone.
Bubo venereus.
Phygethlõ.
Carbunculus.
Furunculus.
Epinyctis.
Terminthus.
Morborum qui e sanguine fiunt differentiæ.
Morbi per pituitam.
Œdema.
Hydrops.
Ascites.
Hydrocephalon.
Hydrocele
Morbi a flava bile.
Ignis siluest.
Papula.
Herpes.
Pustula.
Impetigo.
Scabies.

orbiculariter & rotunde devorans, cancrum: corpus latius inficiens, elephantiasin: extra carnem eminens, verruculas: lenius cuticulam emordens, psoram: altius versus vitæ scaturiginem depascens, melancholicã leprã, funeris prænũciã affert. Omnes hi morbi oriuntur, quãdo extremos corporis fines, & limites, mali humores petũt & aggrediũtur. Sed quãdo interius se recipiũt & recõdũt, alij sunt morbi, aliæ molestiæ. Nã pituita in auriũ pelliculis glutinis in morẽ abhærescẽs, surditatẽ: in latẽtes oculorũ venas influẽs, ophthalmiã: circa gingivas aquiescẽs, erotiones dẽtiũ: spinali medullæ admixta, quãdã paralisin: in pedũ articulos & iũcturarũ succos influẽs, podagrã: per brachij recessus illabes, chiragrã: circa cerebri tunicas putrescẽs, lethargũ, veternũ, apoplexiã: per viscera sæpe cadẽs, & (vt gutti a lapidẽ) pulmonẽ exulcerãs, quãdam ptisin generat. Melãcholia putrida, aut nimis exuberãs, dũ mẽbranas & meningas cerebri obsidet, cephaliæ, alijq́; dolores fiunt: fervẽs aut tabida multa deliquij genera affert: qualis est mania, quæ horrẽdo aspectu, iurgijs, clamoribus, impetu, vehemẽti mẽtis agitatione homines exercet. Omnes illæ furoris species, vel diversas facultates animæ, quæ impediũtur: vel diversos humores organa male affitiẽtes respiciunt: ita pituita essẽtia eadẽ, dissimiles in memoria, phãtasia, cõmuni sẽsu, morbos procreat. Quãdo humores in venis tẽperiẽ amittũt, oriũtur illæ febriũ turba, quæ non loco, sed humorũ distinctione, & intercapedine paroxismi differunt. Vnde morbos omnes & ægritudines differre, (salvo intereà medicorũ indicio) arbitror, aut quia per diversos humores malè affectos fiunt:

Morbi qui fiunt quando humores intrò fluunt.

Quo modo furoris species differunt.

Quo modo morbi differunt. 1

unt: aut quia in diversis humani corporis partibus ꝑ 2
similẽ humorẽ fiũt: aut quia in iisdẽ partibus ꝑ eundẽ 3
humorem, sed dissimiliter, fiũt: aut quia diuersos effe- 4
ctus & comites habent, quamvis similiter oriantur:
aut quia nonnulli lucida quædam intervalla, alij nulla 5
habent, sed assiduè ita infestant & acriter lædunt.
Mortiferas morborũ cẽturias medicis relinquo. Hoc
tamẽ dico, humorib⁹ sævè ingrassãtibus, variè morbos
oriri. Aliquãdo.n. erũpũt humores, vt patet in fistulis 1

Modi quibus morbi humanum corpus lædunt.

gãgræna, vlceribus. Aliquãdo introrsũ ad viscera de-
populãtes, illæsa cute irrepũt, vt patet in morbo vene-
reo, q̃ intus occulte serpit. Aliquãdo extra cõtinui na
turalẽ superficiẽ sine exulceratione eminent, vt in ver 2
ruculis. Aliquãdo immobiles & putrefacti alicui mẽ- 3
bro intus humores adhærẽt; vnde plurima furoris spe- 4
cies. Aliquãdo subitò cor, aut respirandi folliculos op- 5
primũt, vt in incubo. Aliquãdo fusi & vberiùs crescẽ
tes, organũ cõmunis sensus, vndè iudicium de singu-
laribus, & totũ cerebrũ, vnde motus fit, nõ tã premũt
q̃ replẽt, vt in apoplexia. Aliquãdo cũ naturali aliquo 6
succo illicitè permiscẽtur, vt arthritide & articulorũ
morbo, quãdo localis motio impeditur. Aliquando sẽ- 7
sim ꝑ poros sine aliqua læsione effluũt, vt in lentigine,
vibicibus, alphis patet. Hisce modis dũ oriuntur, aut 1

Quis sit effectus morborum.

doloribus carẽt, vt cutis maculæ, quas vix propriè mor
bos appellẽt: aut angoribus pleni sunt, vt pestilẽtiales fe
bres: aut vegetationẽ impediũt, vt hæpatis morbi: aut 2
motũ corporis, vt spasmus: aut exteriorum sensuũ o- 3
perationes, vt cuiusq; organi intemperies, & affectio: 4
aut internos sẽsus lædũt, vt phrenitis solet. Ita vt nũc 5
affectio sine deformitate, nunc deformitas sine dolore, 6

 7

nunc dolor sine motus defectu, nunc defectus ipsius motus, sine læsione sensuum, nunc sensus sine perturbationum tumultu & feritate, nunc omnia hæc mala conglutinata, & devincta ex humorum intemperie oriuntur. Quiq; his torquetur, illo Senecæ in Thebaide consilio indigebit:

Flecte mentem, pectus antiquum advoca,
Victasq; magno pectore ærumnas doma:
Resiste, tantis in malis vinci malum est.

Quo modo anima sequitur temperiem corporis.

Anima divinitus infusa, in qua dum a corpore libera est, nec appetitus insaniens, nec perturbationum furor inest, (aliter cur non similiter irrationales belluarum forma crearentur) humorum intemperie afficitur, temperiem (vt ait Galenus) sequitur non quod aliqua facultas, seu potentia animæ tolleretur, vel per humorum actiones nova adderetur: non quod nova temperies in anima oriretur: (peccat enim Galenus, qui in anima aliquam temperiem quærit: nam sic substantia animæ lædi, & humorum intemperie tandem perire anima possit:) non quod materia aliquo modo intellectus & diviniores animæ vires per contactum attingeret: sed quia in concoctione, locali motu, sensatione, si temperati sint humores, animæ potentiæ sua officia, vti debent peragunt. Si intemperati sint, deviant, deficiũt, impediuntur. Oculus si limulus sit & aeto-tus, obliquè (si vero situ fixus, opticè: si nebulosus tarde: si lucidus, acutè, & aquilarum more eminus res conspicimus. Sic vis animæ oculi temperiem & intemperiem sequitur. De internis sensibus idem dicendum est. Communis sensus, quàm diu organum humoribus non læditur, de illatis speciebus acutè indicat.

cat. *Adurente cholera, flammas: atro succo organum contrahente & afficiente, dæmones, cacodæmones, vmbras horrendas: putrida pituita comprimente, fluctus, aquas, sævasq; tempestates & procellas etiam in vigilantibus adesse putat. Si diffidis, ægrotantes consule, homines probos & non mendaces: qui nonnunquam suam venerem, nonnunquam hostes, non raro pendulas ante oculos aranearum telas & errantes favillas vident. In ebrios defige lumina & oculorum aciem, qui fumis & vaporibus pleni, ita conturbatum habent communem sensum, vt amicissimos & familiares non norint, aut vt hostes, non fideles monitores norint: eodem modo phantasia, organo malè affecto errat dum de speciebus altius iudicat, & aliquando sanè monstrosas, per ea quæ a communi sensu transmittuntur, species elicit. Unde impetus & insana motio,* Imaginati um vmbra

Phantasia enim quatuor modis operatur. Aliquando a sensibus externis, veluti ancillulis, exceptas species trutinat, discutit, comparat, iudicat: Aliquando revocatas à memoria, tāquam naturæ ærario, rerum vmbras perpendit: Aliquando ex his novas elicit: Aliquando sine his multa excogitat. In omnibus, dum in turbida sede sit hospes, absurdè in errores incidit: dum sedulo simulacra perpendit, vis æstimatrix: dum de novis iudicat, vis imaginatrix & cogitativa: omnia dū peragit phantasia a philosophis dicitur. Huius actio imaginatio est, quæ pro potentia a quibusdam: pro re imaginata ab alijs: verius pro potentia actu sumitur. Nunquam nisi intra corporis artus & spacium agit, quamvis tantam ei vim Avicenna concesserit, vt possit se foras efferre, corpora externa sine medio,

1 Quibus modis ph tasia ope tur.
2
3
4
Phantasi nomina.

Phantasi actio.
1
2
3

medio, sine instrumento, sine lassitudine, sine mutatione exagitare, cursum cæli sistere, compescere Neptuni rabiem, ignis ardorem extinguere, fascinare sanos, elementis, cælis, animalibus, hominibus sua stygmata imprimere. Ita etiam Paracelsus voluit: sic enim loquitur, Imaginatio sol est in homine, in suũ corpus, & res alias, ad quas eius radius dirigitur, non secus agens, quàm sol radios suos in aerem diffundens. Quod falsum censeo, nam tum divinius quam intellectus ageret: sine organo eminus ageret: foras dum egreditur, corpus desereret: quod vult, sine arte efficeret: phantasticos quàm sapientes beatiores redderet: Dæmonum cætus in malis citò accerseret: matheis & Ethinicis Deum moderantem & gubernantem cælos ipsos & omnia coerceret: si quod velit, facere possit. Concedo tamen per eam intus in homine admiranda fieri. Imaginatio enim & fallax phantasia de rebus conceptus, id est, errans opinio, illa vipera est, quæ tot sectarios exosos Deo & Angelis, tot hæreticos rerumpublicarum exitia, tot schysmaticos, hæredes gehennæ, tot impostores pestem orbis Christiani, tot Machavellicos ecclesiæ expilatores, Christi & puræ religionis inimicos, peperit: qui, (vt ait Hilarius) Christum confitentur, vt cautius eum necarent, aut negarent, vnitatem procurant ne pax sit: hæreses comprimunt, ne christiani sint: sacerdotes honorant, ne episcopi sint: ecclesiæ tecta struere discunt, vt fidem destruant. Ita Actuarius imaginationem tantum habere errorem asserit, vt quæcunque natura concessa non sint, vt efficiantur, ipsa sibi liberè fingat, & quidem

[Margin: ...n phan-tasia possit ...gere ex-tra corpus. 1 2 3 4 5 6 7]

[Margin: Cõtra Cõ...ant.]

dem in turpissima nos errata conijceret, nisi ratio, quasi speculatrix quaedam, insanos eius impetus obiurgans, veluti è specula furorem cohiberet, & terminos praescriberet. Hinc dum intellectus contemplando nimium assuescit & assentitur, eos imbibit errores, quos ne flamma quidem, aut torturae & cruciatus cohibebunt. Nam vt phantasia e speciebus allatis novam, at singularem speciem elicit: ita ex simulacbris in phantasia collectis, intellectus novam, at vniversalem quandam vmbram concipit. Quando humores effrenatiores sunt, mirae sunt in phantasia imagines. Hinc alius se vitreum: alius regē: alius formosum: alius nobili se stemmate natum putat. Hinc foemina gravidae, aut alimento impedito: aut non concocto: aut spiritu subducto: aut solutis vteri vinculis: aut humoribus vehementer per imaginationem conturbatis, abortum faciunt. Hinc aegrotantes adaucto per collectos spiritus calore, aut humore a parte laesa aliò per imaginationem deducto, subitò curantur. Unde illud Petri Abani, Quando de medico bona opinio concipitur, & confidentius infirmus sperat, faciliùs morbus tollitur. In sicco & temperato cerebro sobriae sunt cogitationes, mens tranquillior est, & blandiùs aut severiùs loqui, moderate intonare, quando opus est, ad tonum & concentum vocem formare, de omnibus opiniones cudere modestè solet. Exundante vero humorum acriorum copia, in praecipitium ferri, & sensuum motiones, & titillationes sequi homines avidissimè solent. Cum phantasia quicquam bonum esse vel malum conceperit, appetendi facultas

Gravidae quo modo abortum faciunt.

Concep[illegible] aegrotā[illegible] qui sane[illegible]

facultas ab ea diversa assidet, vt ad imaginationis nutum appetat vel fugiat. Huic motrix facultas inservit, vt corporis motu illud præstetur, quod ab appetitus effectu decernitur: motrici facultati, naturalis vis & vegetans spiritum subministrans obsequitur, vt non deficiant vires & motionum fomenta, quamdiu movens & appetens facultas corpus exercuerint. Sic phantasia sensum, appetitus phantasiam, appetitum motrix facultas, motricem facultatem vis naturalis intuetur & ancillatur. Appetitus & phantasiæ liberæ sunt actiones: neutra facultas cogitur ab altera. Quando enim imaginatio potest appetitum cogere, vt illud cupiat quod cogitatur? Vtraq; effera est, non ab ortu, sed ratione corporis (quis enim diceret in anima à corpore seclusa esse aliquid repugnans rationi?) distinguitur penitus. Nam (vt ait Erastus) quis quæ voluntatis sunt intellectus assignavit? Quis eadem appetitui & phantasiæ attribuet? phantasia nec movet, nec appetit, repræsentando aut iudicando eius vis cernitur. Et quum Aristoteles de animal. motu, cap. 7. alterandi vim imaginationibus concesserit, hoc non est appetitum cogere, sed frequenti cogitatione, inventione, spectrorum cõceptu, agitatione, celeri discursu spiritus absumere, cerebri naturam afficere, & per consequens quædam nocumenta corpori inferre. Ideo Aquinas ægritudinum imaginationes, earundem esse causas asserit: sed cum appetitu vehementi, qui ægritudines formidat & metuit. Hinc Valesius consulit, ne nimiùm de suo malo ægri cogitent: sed alias res agant, intelligentes nimirum se hac ratione symptomati adversari, scilicet dolori,

[Margin notes:] [D]istinctio [a]ppetitus [&] phātasiæ

[A]n imagi[na]tio possit [pe]r se affi[ce]re sine [ap]petitu.

[P]art. 3. qu. [. . .]

[Li]b. 4.

lori, qui incipiens ab imaginatione, sibi esse causa incrementi potest. Hanc imaginandi vim Pomponatius esse tantam credidit, vt possit res foras efficere, de quibus intus cogitat. Qui fieret nescio. Nam sic pauper de auro cogitans ditesceret: e nulla materia corpora fierent: phantasia Angelis potentior esset: novos cælos cogitando crearet: accidens immediatè & per se substantiam produceret: hostem qui cogitat se vicisse penitus phantasia prosterneret. Quid multa? Ad procellas animi & perturbationes devenio. Quum triplex sit imaginatio, alia vaga & celerrimè sine iudicio discurrens: alia constantior, quæ opinionem colligit: tertia quæ opinionem cum affectu coniunctam continet: ea præcipuè agit, quam affectus sequitur: duæ priores sunt circa cerebrum: tertia præcordia ferit. Nam appetitus phantasiæ obsequens, felle & iecinore, vt organis vtitur: quod decernitur esse malum præsens, dolet: futurum metuit, quod iudicatur esse bonum præsens, latè apprehendit: futurum libidinose cupit. Vnde principales affectiones sunt libido, voluptas, ægritudo, metus: ad quas, tanquàm ad fontes, cæteri affectus referuntur: ad libidinem ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, desidia: ad voluptatem malevolentia, delectatio, iactatio: ad ægritudinem invidentia, æmulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mæror, ærumna, dolor, lamentatio, solicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, pigritia: ad metum terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido, revocantur. Omnium artifex est appetitus: nullorum tamen, si imaginatio, opinio, &

An phantasia possit effectum corporalem producere. 1.2 3.4 5 6

Triplex imaginatio 1 2 3

Affectiones principales

Vide Cic. lib.4. quæst. Tusc.

& organum non concurrunt. Hoc organum, vt ait Galenus, duplex est, fel & iecur. Felle, dum vindictam: iecinore appetitus gaudet, dum voluptatem quærit. Duplex est organum, vna tamen est animæ facultas: non aliter, quàm duos oculos vna videndi vis; duas aures vna audiendi potentia: plures nervos retis in morem dispansos, vna tangendi virtus postulat. Hinc si organum sit nimium ignitum & ardens, nil nisi furor & arma: si sanguineum & titillans, nihil nisi Laidis oscula: si socors & aqueum, nihil nisi pulvilli & ocia: si obstupescens & obscurum, nihil nisi solitudo & deserta, placet. Et qui hoc fit? Anima pura creatur, nec exagitatur furijs: quicquid habet, politum est & lucidum, vtpote similior Deo: flabello divino infunditur: prima eius actio est materiæ informatio, nec informat spiritum, quo vt instrumento vtitur: sciens quam sedem, carcerem, latibulum, torturam sit habitura, cur non deserit? cur sic cupit carnis vestiri sordibus? Post informationem, cum sentit se ipsam esse captivam, tot malis ignibus obnoxiam, tot vinculis oppressam, tot Satanæ insidijs irretitam, (Nam a corpore separata non tentatur) toties a carnis blanditijs scelerate avocatam, toties perturbationum turbine abreptam; cur non relinquit suum stagnum & labyrinthum? cur non deserit venenosam corporis luem, & ad cælestia maturius evolat? Anima desinit informare, quando est generalis corporis intẽperies, & spiritus ipse penitus mutatur: desinit corpus movere, quãdo musculi,

Appetitus organum.

De statu animæ

li, tendones, aut nervi malè afficiuntur: desinit sentire, quando organa malè se habent: desinit de melioribus cogitare, appetere quæ pia sunt, quando sedes appetitus & phantasiæ humoribus perturbantur. At modum quæris, quo corporeum, in incorporeum, corruptibile in incorruptibile, divisibile in indivisibile, generatum in creatum, elementare in cæleste, corpus in animam agit. Dic mihi modum, quo Deus Angelos affatur? quo Angeli corpora assumunt? quo cælos intelligentiæ agitant? quo dæmones animas pervertunt? quo animæ spiritibus vniuntur, quamvis eos non informent? Quo corpus per intemperiem animam cogit discedere? Vt certum est animam non videre, quando oculus est obscurus, verè non intelligere, quādo mali morbi dominantur: sic certius est humores in ipsam animam aut impediendo, aut male afficiendo vires exerere. Hinc illud Hieronimi, Corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, mentis quoq; ingenium marcescere facit. Hinc illud Senecæ, Corpus hoc, animi pœna ac pondus est: premendo illo vrgetur, in vinculis est. Hinc illud Chrisosto: Corpore molli & delicato necesse est animum participare de corporis morbo. Hinc etiam illud Senecæ, Multa nos incommoda exagitant, quam malè conveniat nobis hoc corpus, nunc de capite, nunc de ventre, nunc de pectore, aut de pedibus conquerimur, aliquandò nervi nos, aliquando pedes vexant, nunc detractio, nunc distillatio, aliquando superest sanguis, aliquando deest, hinc atque illinc tentamur, hoc evenire solet in alio habitantibus. Est enim corpus non domus, sed breve hospitium.

Hiero. in epist.
Seneca Epist. 66.
Chrysost. homi. 23. sup. Epist. ad Heb.
Seneca.

Ideò

Ideò in perturbationibus vim animæ ab humoribus non inclinari solùm, sed quodammodo cogi, & iterum ab anima humores etiam agitari dicimus. Vnde si organum appetitus spectemus, est circa cor: si modum agendi, proximè spiritu, vt tenuiori vtitur: si vim ad alias facultates movendas, motricem facultatem sibi diligentissimè famulantem excitat: si motiones ipsas, perturbationes appellantur: si in corpore effectum consideremus, aliquando mortem minatur: vnde illud Galeni, nonnunquam contingit, vt homines propter vehementem dolorem, timorem gravem, ac voluptatem immensam moriantur. Addit rationem, quia virile robur, & vitæ substantia per motum dissolvitur. Si humorum motum per affectus factum perpenderemus: vt ventus semel agitatus, Oceani corpus non penetrans, sed contiguus, in fluctus attollit: vt turbidior austri flatus, in corporis poros irrepens, corpus magis segne & languidum reddit: quia purum cum impuro, tenuem succum cum fæculento commiscet: vt in terra motu erumpens exhalatio stagna efficit turbida: & aer per tonitrua agitatus, vinum in dolio, commixtis cum dulci succo reliquijs reddit fæculentum: Ita spiritus appetitus occulta vi motus, humores permiscet, concitat, accendit, a proprijs sedibus dimovet, per calorem rarefacit, & eos aliquando deserendo, frigescere patitur. Permiscet facem sanguinis cum puro sanguine: aut choleram & sanguinem, vt in ira. Concitat latentes succos, vt in verecundia: accendit, quã do tepescunt humores, & non miscentur: vt in levi excandescentia. Rarefacit, quando humidi partes aliter quàm natura patitur dissolvuntur, vt in nimia voluptate

[Margin notes:]
Organum & modus agendi in appetitu.

Lib. 5. de locis affect. cap. 1.

Quos motus in humoribus ipse spiritus concitat.

tate: à proprijs sedibus dimovet, quando angustius cõ tractum fel flavam bilem evomit, vt in iracundia: patitur vt frigescant humores: Nam spiritus ab appetitu, & imaginatione retardari potest, vt in respiratione: dilatari, vt in lætitia: contrahi, vt in motu: magnis curis absumi, vt in seaula speculatione, & mentis intuitu. Nec hoc tam absurdum videbitur, si per motricem vim caput attolli, corpus in altum elevari, membra contrahi, dispandi iterum, distendi nervos, colligi in pugnum digitos animadvertimus. Eodem enim modo spiritus a phantasia & appetitu contrahũtur, diffunduntur, iterum revocantur, attenuantur motu, densantur quiete, dispelluntur, colliguntur, dissolvũtur, mobiliores redduntur, subitò (vt ait Erastus) torpentes fiunt. Et vt sine medio anima vnitur spiritui, ita sine medio appetitus spiritum movet, & per spiritum humores. Sic humores movere animam impediendo, & afficiendo, moveri etiam ab animæ viribus sæpe dicuntur: Quando per humorum colorem, ardorem, gravitatem, dulcedinem, amaritudinem, frigiditatem, varia phantasiæ simulachra & vmbræ obijciuntur, ac si ab externis sensibus essent delata. Vt per insomnia variè imaginamur, ita vigilantes fictis ludicris homines illuduntur, variè cogitant, cudunt opiniones novas, eas sequuntur, quæ cogitant, amplectuntur, effutiunt, spargunt, disseminant, defendunt quicquid cæca mens & phantasia concipit: falsissima somnia sunt, imaginationis partus, pabulum delirantis animæ, retia, quibus Diabolus schysmaticorum animas devinctas & captivas strangulat, via benè complanata, qua hæretici Avernum & tar

Quos motus appetitus in spiritu excitat.

Novem spirituum effectiones per phantasiæ & appetitus vim.

tara approperant. Nã in hominibus, qui sunt Schysmatũ opifices, & valla phantasmatũ, non tam intellectus phantasiã, quàm phantasia intellectũ in errorum scænam & theatrum pertrahit. Ut in his animæ periculis appetitus ludit: ita in animæ maculis, id est, affectionibus liberius & petulantius lascivit. Mordente bile, membra ad pugnam elevantur: inflammante libidinoso sanguine, & semine, quæritur Lamia: ardente auri desiderio, per maria, per ignes, per scopulos Indiam petimus. Diversis umbris phantasiæ obiectis, diversæ fiunt appetitiones. Has motrix vis ita sequitur, ut nunquam imaginatio, nunquam appetitus cesset, donec voto potiuntur: ut patet in lasciva venere, quæ non satiatur, nisi fœdo adulterio: in Epicuri genio, qui nunquam impletur, nisi epularum plenitudine: in glorioso Thrasone, qui non placatur, nisi triumpho & expeditionibus: in superba elatione, quæ non acquiescit, nisi fuco: in maledico Zoilo, qui non saturatur, nisi maledictis.

Obiectę species unde.

Specierum quæ obiiciuntur causæ, aut sunt extra corpus, ut quæ delectabilia sunt: aut intra corpus, quando per seminis calorem phantasia de libidine cogitat, & quod cogitatur, appetitus exoptat.

Quid perturbatio.

Hinc sequitur perturbationem esse appetitus actionem: appetitum operari per organa humida: humores motu permisceri, alterari, loco nonnunquam moveri: per hos motus morbos introduci: per morbos mortem accelerari. Unde illud Galeni, Liquet omnes affectus cavere oportere, præsertim immodicos, quales sunt ira, tristitia, furor, invidia: Nam hi affectus mutant, & a naturali

statu

statu corpus avertunt, & aliquando homines interficiunt: Ut gestiens lætitia Philippidem poetam, qui in poetarum palæstra victor præ gaudio subitò emoriebatur. Aliquando lentam tabem inferunt, ut pudor Homero, qui victus, proposito a piscatoribus ænigmate, paulatim contabuit. Aliquando sæva vulnera infligunt, ut verecundia Spurniæ Hetruriensi, qui ne eius venustate fœminæ caperentur, decorem sui oris vulneribus fœdavit. Aliquando violentas manus admovent, ut metus Velleio Paterculo, Druso Livio, Varo Quintilio, qui ne præda fierent hostibus, se sibi prædam fecerunt, & interfecerunt. Aliquando summam crudelitatem excitant, ut ira in Lucio Scilla, qui multo alieno sanguine immaniter effuso, furore nimio ardescens, mistum cruore spiritum evomuit. Has furias, carnis filias, esse evellendas animis, Boetius sic monuit:

1 Gellius lib 3.cap.15.
2
3 Effectus perturbationum. Val.Max.
4
5

Tu quoque si vis
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem,
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemque fugato,
Nec dolor adsit,
Nubula mens est,
Victaque frænis,
Hæc vbi regnant.

Metr.7.li.1.

Nam appetitus a vero rationis tramite sæpe exorbitans, nec curat, nec quærit, quò præceps ruit,

vult, modò quod cupit potiatur. Sic Theseus spe abreptus, ipsa tartara, hoc est, imam scelerum gehennam intrepidus adijt: sic cultus divini & iustitiæ osores spe prædæ & rapinæ, nulla fugiunt facinora, modò tanquam insatiabiles Athei, & Turcica progenies aliorum possessionibus ditescant. Non abibo longius. Inter has appetitus affectiones discrimen est: ratione i-
1 maginationis, nam eodem tempore eiusdem rei in alijs
Quomodo differunt affectiones. amor, in alijs odium inesse potest: vt quidam Africani colubros amant, quia ijs nutriuntur, nos fugimus, quia ab ijs inficimur. Ratione obiecti, vnde lætitia bo-
2 num, dolor malum respicit. Ratione temporis, quod
3 obiectum respicit. Sic spem futurum, lætitiam præsens bonum alit. Ratione motus diuturnitatis, vt ira furor
4 brevis, diuturnius odium est, ægritudo permanet, levis mæror transit. Ratione vehementiæ motus, vt do-
5 lor, excrutiatus, a levi luctu, pavor mentem loco dimovēs, a mediocri dolore. Ratione terminorum in mo-
6 tu humorū. Nā in quibusdam ad extima humores dilatantur, in quibusdam ad viscera influunt. Nam vt in facultate vegetativa, post cibum ad concoctionem liberè calor innatus convolat: ita in appetitu, sensu, phantasia, memoria, sponte spiritus ad naturæ opus
7 præstandum movetur. Ratione loci vbi obiectum est: sic quædam sunt affectiones in homine respectu sui ipsius, vt superbia: quædam transeunt, vt odium, æmu-
8 latio. Ratione effectus; nam quædam corporis actionem postulant, vt libidinosus amor: quædam aliter saturantur, vt æmulatio: quædam habent humorum
Diversa perturbationum operatio. fluxum, vt verecundia: quædam tantum mutationem, vt aliquod iræ genus: quædam nec mutationem, nec

[..]c localem motum continent, vt benevolentia: qua[..]am interficere possunt, vt nimia lætitia: quædam la[..]unt, vt invidia, quam macies sequitur. In plerisq; ta[..]en motus spirituum inest: in plurimis humor causa [..]t vt oriantur, humor movetur cum oriuntur: post [..]rtum, spiritus & humor corpus & animã quodam[..]odo afficiunt: iuxta illud, Spiritus tristis exiccat os[..]a, & temperatum gaudium exhilarat animam. Proverb. 17

CAP. IX.

De ortu spirituum, de humore radicali, ac plærisque liquidis substantijs quæ primo capite recensentur.

SPiritus tam divinas habere vires, æternis substãtijs tam similis dicitur, vt Galenus eum aut animæ substantiam, aut primum animæ instrumentum putet. Tantasq; in eo virtutes Hip. inesse censet, vt sine potu, sine cibo, sine vitæ nectare, sine oblectamentis, homines diu vi solius spiritus posse vivere crederet. Spiritu anima, dum corpus informat: spiritu Angeli, dum ad Iehovæ nutum sanctis prospiciunt & invigilant: spiritu dæmones, dum hominum animas ad nefanda alliciunt: spiritu sensus ipsi vtuntur, dum externas vmbras & species excipiunt: spiritu digiti elevantur, dum admirabili artificio fides & nervos percurrunt: spiritu loquimur, dum hostias Domino spirituales immolamus: spiritu adiuti de spiritu disserimus: & vt quantus sit in spiritu impetus scias, vim venti & turbinis conspice, quo monumenta regum, & arces deijciuntur: in terræ mo-

Lib. 5. de Simp. Med. facul. ca. 6.
Lib. de flat.

tu hiatus & antra conspice, & intremisce: nam in eo per spiritum, vt ait Lucretius,

Terra supernè tremit magnis concussa ruinis,
Subter, vbi ingentes speluncas subruit ætas,
Quippe cadũt toti montes, magnoq; repẽte
Concussu latè disserpunt inde tremores:
Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbes
Tecta supernè timent, metuunt infernè cavernas
Terrai, ne dissolvat natura repentè:
Neu distracta suum latè dispandat hiatum,
Idq; suis confusa velit complere ruinis.

Spiritus nativi vis.

Non dissimilis est in spiritu humani corporis (si magna parvis componere licet) aut vis, aut natura. Nam motio, cogitatio, sensatio, sermo, ab eo, tanquam a proximo animæ instrumento oriuntur. Est enim pertenuis & aërea substantia, ab humoribus, præcipue sanguine, caloris actione secreta & separata. (Est substantia) nam accidentia non sic sursum, aut deorsum discurrunt. (Pertenuis) vt quò fert animæ vis, influat, refluat, diffundatur, revocetur. (Aerea) per motum purior, per calorem syncerior, per præsentiam animæ divinior facta. (Ab humoribus) nam vt stagna solis radijs calefacta, aqua flammis admota, corpus humanum contentione & certamine tepescens, vina in stomacho fumos emittunt: Ita humores qualescunque incalescentes, aliquem halitum pariunt. (Per calorem) nam caloris est vel dissimilia secernere, vel ex similari tenuiorem portiunculam a toto non penitus distinctam separare. Et vbicunque est humida sub-

substantia, à calore sive interno, sive externo rarefacta, fumi ascendunt, qui puriores facti, spiritus dicuntur. In semine talis est spiritus, & proinde semen ut materia, spiritus ut generationis principium a Galeno dicitur: semen in partes diversas divisum spiritus concomitatur, menstruum, quoniam frigidum est vivificumque spiritum non habet, non est fœtus materia. Est enim ineptius per frigus ad partium delineationes. Hic spiritus in omnibus veris membris, quæ informantur, inesse solet, primò, quia vbi anima informat, ibi spiritus aliquis est, quo ut medio anima uti possit. Deinde, vita non est sine nativo calore, qui maxime spiritu gaudet: Et proinde humores, qui carent spiritu, frigescunt. Cæterùm carnis partes exhaustis spiritibus emortuæ sunt, nec vitali aut animali relevantur, sed alium quærunt, quo proprij membri vis foveri possit. Denique est aliquis spiritus in homine, plantarum & stirpiũ spiritui (ut aiunt) persimilis: & cum in plantis undique per omnes partes quæ crescunt, discurrat, quorsum in homine certæ sedi spiritus alligaretur? Hinc in carne, osse, nervo, & qualibet particula, esse spiritum aliquem medici arbitrantur: ibi non est animalis, qui in nervis, nec vitalis qui in arterijs, nec naturalis, qui venis continetur. Vnde colligimus esse innatos quosdam spiritus, qui stabiles, & in unaquaque parte fixi & manentes sunt, quibus vires & facultates animæ perpetuam operum functionem peragant. Illi autem spiritus, qui errantes sunt, & vagi, naturalis, animalis, vitalis, dicuntur. Differunt origine, quia naturalis ex tenui alimenti vapore

Lib. 14. de vsu part.

An spiritus habeat certum locum in corpore.

1

2

3

4

Spirituum divisio.

1 purius eventilato: vitalis ex naturali ad exactiorem puritatis gradum redacto: animalis ex vitali ad ultimam synceritatis limam revocato conficitur. Differunt causis efficientibus, quia naturalis ab ingenita iecinoris virtute: vitalis cordis artificio: animalis cerebri latente vi efficitur. Differunt vehiculis: nam naturalis per venas: vitalis per arterias: animalis per nervos circumfertur. Differũt effectu: nam naturalis, illum fixum in quovis membro spiritum, cum alimentari succo extra venas erepẽs, fovet & nutrit: vitalis voci & respirationi inservit: animalis influẽs per illum in capite nodum in nervorum recessus & sinus, membrorum motiones, & sensuum operationes perficit. Differunt restaurandi modo: nam naturalis per concoctionem alimenti: vitalis aliquando per aerem pulmonis vi attractum: animalis per auram naribus haustã reficitur, aut augescit. Differũt coinquinandi modo: nam vitalis & animalis facile aere venenoso & tabido coinquinantur: naturalis ut magis reconditus ab aeris veneno liberior est, at citius per malũ & venenosum cibum, quàm alij, inficitur. Omnes hi in infantibus reperiũtur. Per cõcoctionem fiunt, quia fiunt fortiores, aut incipiunt validius emergere. Per concoctionem non fiunt, quasi cum toto ab origine aliquem ortũ nõ habuerint, inter se re conveniunt, quia ex se sine corruptione oriuntur. Nam quando vitalis fit ex naturali, naturalis non corrumpitur, sed purior fit: quando verò ex aere inspirato vitalis fit, aeris corruptio fit, aliter vitalem cum aere re nõ differre dicerẽ. Hos esse quodãmodo distinctos Galenus asserit. Nam spiritus naturalis lib. 2. de placit.

Margin: Spirituum distinctio. — 2 (beside "runt causis efficientibus"), 3 (beside "rebri latente vi efficitur"), 4 (beside "nervos circumfertur"), 5 (beside "per concoctionem alimenti"), 6 (beside "ribus haustã reficitur")

eit. Hip. & Plato, vitalis, lib. 7. de plac. Plat. & Hip: animalis meminit lib. 1. de præcog. ex pulsibus. Singuli corrumpi, mutari, cohiberi possunt. Corrumpi possunt, quando, (vt ait Galenus) ipsorum essentia deperditur: idq; multis modis. Primo per furiosos, præcipites, & effrænatos animi affectus, quando aut per iram sic aduruntur, vt evanescant: aut per mærorem obstupescunt, & anima torpescente stupidi fiunt, vt in aqueam naturam transeant: sic qui ardentius amant, absumptis spiritibus marcescũt & contabescũt. Frequenti enim agitatione phantasiæ, (vt a radijs solaribus aer in concavo speculo) spiritus incenduntur, incensi evanescunt, evanescentes humores deserunt: inde stupidiores humores fiunt, inde putrefactio, quia humores non moventur, aut quia carent vivido calore. Deinde per motiones & vigilias: hinc lassæ longo itenere vires deficiunt, quia motu spiritus absumuntur: hinc lucubrationibus connivent oculi, quia deest spiritus, qui palpebras attolleret, aut (si apperirentur) qui species vlterius ad iudicij tribunal trãsferant. Tertio per vasa, aut locos quos adeunt, ita spiritus frigidum cerebrum dum feriunt, sæpe mutantur in humores. Deinde per prohibitã respirationem vitalis & animalis, & alimenti defectum sæpe corrumpuntur, & quia deest commoda restauratio, mutari solent. Per vitiosum succum ambientis aeris, per venenum tetricũ vetularũ, & virus anhelantiũ, spirituũ lues sæpe fit. Ita è puris venenosi, e lucidis obscuri, e calidis frigidiusculi, e mediocri natura, nimis spissi, nimis calidi, nimis tenues fiunt. Si spectemus diversitatẽ spirituũ, humor inspiciendus est, e quo ca lefacto

Spirituum corruptio.

1

Spirituum mutatio.

2

3

4

lefacto ascēdit: nā si melancholicus forte sit circa iecur succus, naturalis spiritus frigidior esse solet, & stupidior. Hunc sequitur vitalis & animalis, qui ex eo fiūt & omnes humorē, tanquā primā originem & fontē, imitantur. Hinc magna pútidi humoris in stomacho, aut circa cerebrū putrescentis & fœtentis massa, aut copiosius, aut partius emittit fumos: qui ardentes, si cholera: tenebricosi, si melancholia: spissiores & frigidiores sunt, si pituita extra natura cancellos concrescit, aut evagatur: ita vt spiritus humorum vapores esse, & fumos facilè pateat. Quos morbos afferunt, medicinorunt. Nam igniti quandam febriculam: deficientes, obscuri, crassi, visus privationem: nimium crescentes & vagi, quarundam tunicarum diruptiones: flatulenti & circa tempora discurrentes, quoddam vertiginis genus efficiunt. Nec minorē in microcosmo vim, quā Eurus aut Boreas in mūdo cōtinēt. Acursu & motu aliquando cohibentur, aut per humores aliquos itinera & vias obstruentes: aut per anima alio eos avocantis vim: aut per externum aerem aliò eos diverberantē, aut impedientē: vt patet in ijs, qui ieiunātes intrare in vacuos meatus aerē patiūtur, vnde acres vētris morsus & distortiones oriūtur. Ad reliquos tandē humores redeo: inter quos humor radicalis, medulla, semē, saliva, humor christallinus, succus iūcturarū, cōtinuitatis gluten, ros in exilibus venis, præcipui, & philosophi acumine digniores habentur. Quinta essentia (inquit Raimundus Lullius) e vino per artis industriam deducta humanū corpus vividius, agilius, magis sanum, & ab interitu liberū efficit. Quæ prius, impedita vini fæcibus, & sepulta delituit: Nec

[Margin notes:]
...nde cæ-...tas.
1 ...uo modo ...iritus 2 ...hibentur 3
...eliqui ...mores.
...llius lib. ...quinta ...entia.

Nec tãtum humanæ naturæ oppressa alienis viribus prodesse potuit. E papavere somnifero & lethali oleũ secernitur, quo stomachi infirmitates curantur. Ex ipsis lateribus duris & terreis, succus verè philosophicus (sic enim appellant) elicitur, qui humores frigidos divinè discutit, & podagrã, carnificinã senectutis reficit. In quib⁹ vini partibus illa quinta essẽtiã? in qua papaveris portiũcula illud oleũ? in quibus laterũ frustulis ille succus tã salutaris delituit? Si in poris inesse diceres, vinũ caret poris: nec erit pro tãto naturæ thesauro tutus ille locus, quẽ aer assiduè penetrat & mutat. Si vndiq; substãtiæ, per substãtiã trãsfusionem: vtrãq; tamẽ substãtiã incorruptã & illæsam statueres: Cur superficierũ penetrationẽ nõ perhorrescis? Eodẽ modo in humano corpore inest succ⁹, humor radicalis (quod radix sit vitæ) scitè dict⁹, quẽ quintã naturæ essẽtiã (vt medici suã, quãvis viliorẽ) meritò appellent. Si ortũ quæris, cũ semine fluit: Si naturã, est humor aereus, oleosus, permanens, cõstans, in solida partiũ nostri corporis substantia firmatus, & fixus. (Aereus) iuxta illud Arist: humidum quod est causa vitæ, non est frigidum, & aquæ simile, quia tum calorem extingueret: (oleosus) vt aptior sit ad naturæ flammam, & calorem alendum: (permanens) non quòd sit in cadavere, sed quòd reliquis omnibus succis difficilius mutetur: (cõstans) quia eandẽ vim indulgendi & fovendi naturã continet: (firmatus & fixus,) quia a parte ad partem, vt pituita, non discurrit: (in solida corporis substantia) nam in reliquis humoribus inesse nequit, quia pro vario rerum casu & mutatione, augentur, deficiunt, transeunt, subitò elabũtur nec

Avicen. lib. 5. Med.

Locus quintæ essentiæ

Humor radicalis.

Ortus humoris Radicalis

Definitio humoris Radicalis

Valeriola in carne non ponit radicale humidum.

Causa efficiens humoris radicalis.

nec in carne (vt ait Valeriola) inest, quia nimis obnoxia mutationibus sæpe crescit & decrescit: & sic cresceret cum eo radicalis humor, quod vix medici, homines seduli & perspicaces credunt. Nam non est tanta vis concoctionis, quæ quintam alimenti essentiam separet, quod humidum radicale verè restituat. Si huius causam efficientem quæreres, calorum influentiam admiror, quæ non materiam dat, sed datam temperatam reddit, & ad talem proportionis concentum redigit, vt hoc humido divinus quidam calor vivificans & admirabilis emergat. Quando hæc temperies orta sit, sive in partibus paterni corporis, vnde semẽ derivatur: sive in vtero, vbi hymen genituram blandè involvens: medici, qui sunt naturæ à consilio, philosophi perquirant. Hic humor calorẽ in sinu gestans, non potest non emittere quendam spiritum, qui passim excurrens, alias partes, alias corporis regiones, alios humores, sui per temperiem capaces, perlustrat. Hinc fit vt sanguis quandam nativi caloris speciem complecti videatur. Petrus Abanus nonnullas eius species recenset: aliam nimirum verè aeream, subtilem, indissolubilem, caloris comitem & sedem, artificiosius a natura recond itam: quia eam externis rerum viribus facile exponi noluit. Aliam viscosam, tenacem, corporis partes ne dissiliant glutinis more copulãtem, quam medici continuitãtis gluten appellant. Hic humor non semper quando morimur interit, quia post mortem ossiũ partes cohærent. A priori differt, quia hic succus diuturnior est, ille nobiscum evanescit: hic partium nexui, ille vitæ magis consulit: vterq; in continuo latet, vt oleum in lateribus, quinta essentia in vino,

Species humidi nativi humor qui dicitur continuitatis gluten.

Differentia inter humidum radicale verũ, & continuitatis gluten.

vino succus saluberrimus in papavere, in viridi vlmo humor, quem videre nequis, donec eū flām.ā a ligno se creverit, & in duris ossibus liquor, qui tū apparet, quā do ossa calore adurēte, in pulverē redeūt. Hūc humor ē dignitate proximè medulla sequitur, quæ inter reliquos succos, qui e semine nascūtur, nullꝰ est insignior, aut natura charior: vtpote talis, quē in omnibus animātibꝰ natura sagacissimè ossiū canalibus munivit, et in quo aliquā m caloris nativi partem reposuit. Est enim substantia calida & humida, exanguis, vt ait Ruffus, hoc est, nullum in se sanguinem actu cōtinēs, quamvis ex sanguinea massa, cum reliquis partibus fiat, & indies puriori sanguine nutriatur. Unde Arist. Alimēti sanguinei, quod in ossa spinamq; distribuitur, contentum & concoctum excrementum, medullam appellat. Familiare est ossium alimentum, vt ait Hipocrates libro de alimēto: calida est, ne ossium frigiditas nimium stuporem invehat: humida, ne ossium siccitas, & per motū ariditas noceat. In leonum ossibus paucior est, aut quia caloris vehementia absumitur, aut quia tam solida sunt ossa, vt nequeat alimentū affatim influere, aut quia in ossa cōsumitur omne alimētū, ita vt nulla sit pars, quæ medulla fieret. Medulla quæ in ossibus hæret, dissimilis est medullæ spinali, quia spinalis, teste Gal. durior est & siccior. Vtraq; in infātibus crudior est, quasi nō adhuc nacta caloris tātā vim, vt coqueretur: inde ossa sunt mollia & flexibilia. Vtraq; in senibꝰ absumitur, quia natura deficiēte, diuturna non fit partiū nutritio. Spinalis, durior est, & siccior, vt aptior sit a qua nervi quidā originē ducāt. Unde ossium medulla mollior & magis fluxdus,

In animalibus glute continuicatis videtur esse aliqua species humidinativ

Medulla.

Ruff. lib. 2. cap. 17.

Lib. 2. de partibus animal. ca.

Cur in leonibus minor sit medulla

Medulla ossiū & spin

Gal. lib. 2 de part animal. cap.

ilis, pinguedini liquefactæ similis, nullã cum nervis, arterijs, venis, vt ait Gal. cõmunicationẽ habet: vtraq; tamẽ essentia cõveniũt, quãvis accidẽtibus dissideãt. Sed admirãtur acutiores naturæ indagatores, quo modo verũ sit illud Hi. & Ga. ossa a medulla nutriri, cũ Arist. sanguinẽ vltimũ partiũ nutrimẽtũ appellet: sed recognoscãt nõ purũ sanguinẽ esse semper alimentũ, sed quiddam sanguineũ, qualẽ medullã Arist. ipse agnoscit. Illa medullæ albedo, nõ a frigore, vt sæpe fit, sed a calore, aut ab occulta ossiũ vi oritur. Semper in ea sanguinis naturæ vestigia manẽt. Quando in ossibus est, calorẽ aliquẽ cõtinet, & vitæ flãmã: quãdo per animaliũ interitũ pristinã sedẽ deserit, non deserit virtutẽ, nec prodesse desinit. Nã quædã medulla vt ait Ægineta, corpora dura, & in schirrũ coacta, emolliendi vim continet. Et Gal. medullã vitulinã esse optimã tradidit, in senibus, quãdo eorũ ossa aridiora & mortis nuncij fiũt. Nec facile Plinio crediderim, qui quosdã homines concretis ossibus in ætatis flore medulla carere asserit: intus (vt reliquæ partes) quando malus humor ꝑ poros ossiũ influit, intemperiem nonnunq̃ habet, vnde homines molestias in ipsis ossiũ canalibus latẽtes sentiũt. Quãdo copiosior & tẽperatior est, titillãs libido ardescit, & veneris cubilia, teste Varrone, immodestius quæritat: aut quia causa est, quoniã calida: aut quia signũ est: nã vbi copia est tẽperatæ medullæ, ibi castitati & pudicitiæ insidias semẽ tepescẽs, & per copiã vasa distendẽs, struit: cuius origo est e sãguine (est. n. sãguis accurate percoctus, vt ait Gal.) cuius color etiã in ipsis Mauris est cãdidus. Nã vt eorũ ossa & dẽtes in candidã quandã substantiã, attra-

Gal. lib. de muscul. motu.
Hip. de alimento.
Gal. lib. 3. de natural facult.
Ægineta lib. 7. de Medic.
lib. 7. cap. 8.
semen unde.
Gal. lib. de semi.

cti alimenti partes immutant: ita in seminis vasculis An Mauri
non dissimilis est sāguineū succū in lucentē & splēdi- sint nigri
dū quendā humorē mutandi vis. Illæ n. tunicæ (inquit ratione ge-
Gal.) sanguinē in formā sibi ipsi simillimā mutant. Si nituræ, vn-
Mauri vt cutē ita semen tinctum nigredine haberēt de fiunt, aut
cur ipsorum infantes nitidiores sunt, & dum adoles- ratione si- deris. 1
cunt, nigrescunt? cur ossa non essent nigra, quū ex eodē 2
sint semente? cur dū eorū carnem altius secas, secus 3
quæ latēt, q̄ quæ eminent, particulæ se habēt? Nā sūt
rubētiores? cur dū alias terras incolūt frigidiores, Æ
thiopicā & sēper nigrā prolē nō habēt? Similis est ani- 4
ma informās & tribuēs ipsis mēbris vim quandā cōco 5
quēdi in Mauris & Borealibus, cur in Mauris nigrū
in alijs cādidū illæ tunicæ semē efficerēt? & si omnia i-
ta a calore externo apud Mauros, & Indiæ incolas ni 6
grescerēt, cur tam fulvum aurum, tam nitescēs sacca
rum, & Mauritaniæ, & Indiæ quæreremus?
In melancholicis & sanguineis aliquam dissimilitu-
dinē in seminis colore philosophi agnoscunt: sed non ag
noscūt tantam esse in Æthiopū semine & ore nigre-
dinem. Non animæ diversa vis, nō tunicarū alia vir-
tus, nō seminis tam fusca species (quamvis aliquan-
tulum obscurius semen esse forsitan concesserim) sed
vicini sederis radius (vt ait Plinius) quo torrentur
& aduruntur incolæ, nigredinis in ore causa dicitur.
Incautè peccant, qui per aliquam distinctam & spe-
cificam corporis proprietatem in Mauris nigredi-
nem, in alijs gentibus candorem (vt inter columbas &
corvos) statuūt. Hæc mollis substantia ad tuendam Finis semi-
specierū æternitatē animalibus data, siccior est sāgui nis.
ne, quavis effectus sanguinis, similariū partiū massa,
quam-

Causæ sterilitatis. *quamvis dissimilarium mater: spiritu vitali plena, quamvis vita carens: sterilior, quò tenuior, aquosior, frigidior: sine certa figura, quamvis certam parentum in sobole figuram imprimat: sine sexu, quamvis sexuum discrimen afferat. Dominante enim materno, fœmina: paterno, masculus: superante paterno semine, patri, materno, matri similior proles æditur. Nō est succus ille animatus, vt Themistius voluit. Nam ita parens amisso per insomnia semine, aliquam animā amitteret, & vigilans esset semianimus: ita in embrione duplex erit anima: altera enim cum matris, altera cum patris genitura advenit: ita vna anima patris per divisionem seminis, in multas animas virium numero integras partiretur: ita semen carens anima in corpore (vt philosophi arbitrantur) discedens secū animam (quod non est verisimile) foras traheret: ita materia mutationes illas frequentes subiret, vt habere possit quod in suo sinu continet: finis enim generationis forma est: quod possidet cur quærit? ita anima erit actus corporis non organici, sed carentis organis: ita semen animalis, animal per verum materiæ & formæ nexum, sine corde, sine capite, sine hæpate, sine mēbrorum ordine diceretur. Argutiunculæ & delirantium næniæ non placent. Semen est potentia animatum, & hanc vel illam per temperiem, & innatam propensitatem, imaginem & formam recipit, non efficit. Ideò inest quædam in quolibet semine potentia, qua ad hanc, quàm ad illam formam proclivius redditur. Hæc potentia non inest, quatenus materia est elementaris, sed quatenus à tali individuo specificam eius naturam imitata fluit, nec potest aut forma, aut*

Vnde similitudo parentum & prolis.

An semen sit animatum. 1

2

3

4

5

6

7

Vnde semina diversā habent ad

pars

pars formæ appellari. Non est pars formæ, quia tum in forma erit generatio partis post partem; non est tota forma, quia tum generatio carebit termino ad quem: forma enim totius, generatione prior erit, & antequam inceperit generatio, erit totius materiæ per veram formam informatio. Propero. Saliva sequitur; humor colore, medullæ & semini: natura, pituitæ similior: non ita per naturales venarũ in lingua vires ortus, quin quædam ab ortu vestigia habuerit, aliter natura in sensuum medijs defecisset. Est enim in gustũ medium, quo sapores percipimus, & proinde omnis saporis capax, sapore nativo caret. Quando salsis & biliosis humoribus permiscetur in febricitantibus & morbidis, gustus tollitur: propriè in ore circa linguam eam natura collocari voluit. Quãdo vberiùs fauces adimplet, morbi ingruentis indiciũ est, vt ait Celsus. Mutari solet, vt reliqui succi, eius vt reliquorũ increm̃eti & decrem̃eti mom̃eta notãtur. In ore aliquam, cibo manducato, vt melius digeratur, vim admovet, vt Gal. iudicat. Extra os, eius cõtactum serpentes, vt ait Plinius, maximè fugiunt, & ille Deus, qui, vt ait Hieronymus, ardentes veteris serpentis sagittas ieiunãtium frigore esse restinguendas voluit, ieiunantis saliva etiam serpentũ aculeos hîc dum vivimus, retundendos esse, ne noceant, voluit. Ieiunãs crede, & vicisti paradisi crocodilum: ieiunans expue, & vinces deserti basiliscum. In hoc animulæ interitum, in illo corpusculi morbum devitas: in vtroq; vim vides, ieiunij quod diũ fidei comes est, carnem munit a serpente, carnem subigit, ne sit serpens: & facilè efficit, vt ait Bernardus, quò duæ alæ orationis

formas diversas propéſu tem.
An potẽ sit pars formæ.
1
2
Saliva.
Celsus Li 2. de re Med. Ca 2.
Gal. Lib. 10. de Simp. Med. facu
Plinius Lib 7. Cap. 2.
Hiero. ad Demetriadem Virginem.
Bernardus serm. 38.

onis & iustitiæ cælos penetrent. Qui curiosè aliena circumspicis, non vides quid intus in pupilla geris? Quem humorem, quam varium, qui mutabilem: qui noluit vt tui microcosmi radios, nisi per reflexum cerneres, voluit vt oculi tui debilitatem agnoscens, tenebras mentis fateare, quæ non patiuntur, vt æternitatis Phœbum, Deũ, nisi per vmbellas conspiceres. Sciendum proinde est in oculo tres esse humores, christallinũ, centrum tenentem, vt tutior sit: diaphanum, vt illuminari possit: spissiorem, vt species reflexæ melius colligerentur, quodammodo rotundum, vt facilè ad obiecta circumvolvi possit: non planè tamen sphæricum, sed oblongum, vt a vitreo melius species rerum exciperet. Verus .n. circulus nõ tãgitur, (teste Euclide) nisi in puncto: distinctum a vitreo per tunicam araneam, ne nimia sit vtriusq; cõmixtio: vitreo vicinũ, vt ab eo per pelliculam in roris morem sudante nutriretur: duriorem vitreo, ne similiter exire per pelliculam possit, vt intrare potest vitreus; vitreo pane circumcinctum, vt similiori & molliori, ne læderetur: non vndiq; cinctum, sed vt semisecta sphæra in aqua, vt ait Gal. ne nulla pars radijs exposita relinqueretur. Vterq; venis caret, & proinde per transfusionem vterq; alitur, vtrũq; cingit albugineus humor fluidus, & tenuior, totam oculi sphæram irrigans, ab externis nocumentis, & præcipuè capitis catarrho christallinũ muniẽs. Omnes e semine oriuntur, & quoties dividuntur, præsertim christallinus, geminata rerũ spectra videmus. Omnes obscuriores, tenuiores, imminuti, crassiores, per intẽperiem facti, visum impediunt: vnde medici spirituum defectum, optici ner-

vi

...umor ocu...rum.
...hristallini ...moris ...oprieta...s.
...uclid. Lib. .. geomet. ...ement. ...ropo. 12.
...umor ...hristalli...us vitreus ...lbugine...
...ui impedi...ur visio ra...one hu...orum.

vt obstructionem, tunicarum rimulas, vnde fit humorũ cõmixtio, intẽperiem humorum, foris influẽtiũ, aut adhærescentium, humoris christallini mobilitatem, crassitiem, tenuitatem nimiam, amissi, aut perituri visus causas esse monuerunt. Ad iuncturarum succum accedo, qui in iuncturis, vt oleum repositus, omnẽ peregrinam duritiem emollit, ossium nodos, ne calore per motum orto, nimiùm exarescant, promunit: oleosus est, ne alienus succus ei admisceri facile possit: nam vt oleũ alij humores difficulter penetrant, nec ei citò admiscentur, & cũ semel miscentur, difficilimè separantur: ita humor podagricus difficillime in hunc influit, & si semel sit admixtus,

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Citius enim absumes vtrumq;, quàm alterutrum separabis. Humor alimẽtarius est ille, qui sensim roris more extra venas effluit: qui venarũ succum imitatur: qui aptus est, vt in corporis partes mutatus transeat: Cuius pars siccior & fæculentior in crines & vngues, mollior in carnem, purior per ossa in medullam, serosa in sudorẽ convertitur: quiq; putrescens, vlcera, & cuticulæ morbos parit. Nam ex his nimium abundantibus, deficientibus, male affectis, vt ex quatuor primarijs succis ægritudines oriri medici docuerunt. Humori qui in exilibus venis latet, nullũ a medicis nomẽ est inditũ: loco, non natura, puritate, non substantia a sanguine differre nonnulli arbitrantur. Tenacior sanguinis pars in adipem mutatur, quando in frigidas pelliculas, & exangues mẽbranas incidens concrescit, & individuus est pituitæ, & naturæ frigidioris comes. Ratione partiũ, quibus adhærescit, albescit: podesse solet,

Humor alimentariu[s]

Humor in exilibus venis.

 si

si mediocris sit: eo enim, urgente fame, foveri interea corpus possit. Differt a sevo, quia liquidior est. Quando intus est, aut nimium obstupescens, aut frigescens, aut concretus, nocere: separatus, morbos sanare potest. Nam, teste Ægineta, humectat sicca corpora, & fovere calorem, si non sit frigidior, sapissimè solet: quāvis per animaliū discrimina dissimilem sape vim habeat. Lac ex sanguine mãmillarũ vi efficitur, usus eius in fœminis est, infantulos alere, quamdiu tenelli sunt: in prægnātibus & gravidis est, quia, ut ait Hip. uterus embrionis, mole tumescens, ventrem comprimit, pinguior & melior succus exilit, ascendit, mãmillas petit, convertitur, albescit: quò peior est menstrui copia, venenosior fit, putrescens mammillas exedit, fit exulceratio, erūpit, fiunt pustulæ, & canales turpiter fœtentes. Extra vasa, si bene cōcoctū sit lac, iis succurrit, qui venena erodētia exhauserint, anginam lenit, sanat pulmonis ulcera. Lac muliebre nobis familiarius est, quia prima nostra per menstruum fuit nutritio, & indicium est lactis originem inde exitisse. Simile est semini, quòd utrunquè e sanguineo aliquo succo exactè, ut ait Gal. concocto emerserit: fluit liberè, quādo exuberat, spissius factū, vi exprimitur: & qui eo nutriuntur, seseque lepidè & iocosè ad æstivum solem excercent, annosque tenelliores, & immaturos ociosè transigunt, agiliores, venustiores, magis succulenti evadunt. In prægnantibus si lac non apparuerit, & mammæ exinaniri cœperint, abortus futuri signum est, quia deficiunt menstrua, putridissimum misselli embrionis alimentum. Si in fœmina sit, quæ nec gravida est, nec peperit, sterilior ea futura est, quia nimis

Lib. 7 de re Med.

Hip. de natura pueri.

Celsus lib. 2 de re Med.

nimis calida: & menstruum sic in ea concoquitur, vt indè facilè lac oriri possit. Est enim lac signum menstrui ascendentis, per calorem digesti, impediti, per obstructiones quæ in fœminis non gravidis graviter fœcunditati nocent. Nō attingā naturæ nævos, & maculas medicis notissimas. Studiosior Aristotelicæ disciplinæ, Avicennæ numerum, & receptam apud medicos humorū multitudinem augebam. Humores enim appello, qui liberius fluunt, qui liquidiores sunt, qui per se certa figura & termino carent. Lib 1. Fen 1. doct. 4.

In hisce omnibus, quæ de humoribus inter tot philosophos immaturior effutio, accusante & irato medicorum senatu, me reum & imprudentem confitebor, semel admonitus mitior ero, si amicè redarguor: pro tāto beneficio gratus: facilis, vt errores agnoscam: lubens, vt corrigam: prudentior, vt per mea mala aliorū miserear: cautior, vt rariùs peccem: propensior, vt in mathematicis meliora moliar. Turpius peccat, qui errantem mordet, & admonere nolit; quàm qui erraret, & admoneri cupit: in illo enim gravius est crimen, quia malitiæ: in isto levius, quia levitatis tātùm, aut temeritatis crimē est. Ita sanior est, qui sanari cupit, quamvis ægrotet; quàm qui ægrotātem vulnerat quāvis sanior sit. Mei autē errores, si qui sint, eo sunt minores, quò minor est mea in erroribus confidentia: & eò inocentior apud Academicos haberi possim, quā vis reus: quò lubentius tenellæ iuvētuti, quamvis cū aliquo famæ discrimine, prodesse volui. Incœpi temerè, vt doctiores cautius sequerētur, vtq; omnes suis in stationibus excubēt, & nutātes musarū arces tueātur; ne pullatus philosophorū ornatus, lasciviētiū purpura: ve Epillogus.

 stis